bor. Ca an meor̄ es auceps sermonū. Tar. facio aucupium aurib?. P. supersede istis vbis iam. Ca. romani qui nouarum cerimoniar̄ auctores fuere: saturnum vel maxime īter cete ros honore celebrabāt eiq; solēnia festa quotannis pēdebant decēbri mēse: que saturnalia nūcupauere maxima poculorū cibiq; indulgētia Hunc itaq; p̄scum saturnaliorū morem / suis libellis nō illepide balbus inclusit eo etenī mēse p̄mos edere vagitus ⁊ aura etherea vesci cepit . Ta. ego pulmētis et vnc tis cibis q̄ aura vesci mallē. Ca. sapit hic pleno pectore. Pe. quoniā te quicquid ī libris latet vestigare mi carole. notius est q̄ vt pverecundiā negare possis . Acceptissimū mihi erit saturnalior̄ originē ac causā i mediū proferas. C. amice fa cis cū me laudas: malo tamen ad macrobiū te remittere: qui vt hoīs facūdia fuit: latiusea splendidi? ac profluētius exeq̄t huc accedit q̄ iam declinat in vesperū dies: nihil est cūctan dum. Pe. proin tardiue que supsunt celerius percurre. Tar.

de mōte

[Rapiet oīa mors ꝓperans hereticū ē balbe] C. sāctissime vt mea fert sententia locutus est balbus. nihil enī apud mor tales non modo non eternū / sed ne diuturnū quidē esse po- test Et quicquid in hoc terreo globo spectatur est mortale et caducū: et sicuti principiū ita et certum finē habeat necesse est. Animos vero numine deor̄ hominū generi datos esse ꝓpetuos: christicolar̄ ambigit nemo. Tar. [frux vultus for

Frux

mose tui: noīati? frux obsolet? ē teste festo pompeio] Cahoc cine boni viri esse officiū existim? ? totiēs auctor̄ scripta cor rūpere: festi pompeiiverba sunt hec Frux frugis dicitur (dix

ernnt antiqui fructam et fructum. que verba pre laceſſendi libidine mutilate corrupteq; tranſcripſiſti. Tar. hec feſti verba ſubtraxerat mihi obliuio. Ca. Ille eſt vere nauci. qui mẽdacio aliquo crimen velare nequit. Ta ⌊ Vt rutilat claro feralis crine cometes Que fera terribili nũciat arma iuba: Cometes incõgruũ relatiuo et antecedente genere diſcrepantibus Cometes enim maſculini non femini eſt generis. ⌋ Ca. Tuã vanitatẽ iam confutare piget. ne in araneas (vt in prouerbio eſt) arietem agere videar. Primuli puelluli. cometes tam virili genere q̃ femineo variare didicerunt et vtriuſq; inclinamenti multiplicata reperiũtur exempla. Plini⁹ Cometes greci vocãt nos crinitas: horrentes crine ſanguineo: ⁊ comarũ modo In vertice hiſpidas. ſic Seruius. Cometes dicta eſt a ceſarie: eſt nanq; ſtella comata Et plinius paulo inferi⁹, de comete loquens. hec fuit de qua tertio conſulatu thiberio imperator ceſar preclaro carmine conſcripſit: ad hunc diem nouiſſime viſam. eaſdem breuiores et in mucronem faſtigiatas: que ſunt omniũ pallidiſſime: hic tamen idem auctor virili genere hanc protulit voculam . inquiens fit et candidus cometes argenteo crine Ita refulgens vt vix contueri liceat Claudian⁹ Preceps ſanguineo delabit̃ igne cometes. Quid ad hec noſter rhetor? Tar. Alius caſus et occupatio conſiliũ meũ premit. Ca. que tandem. Tar. Nihil tibi credam. Car. Mihi quod credideris, ſumes vbi poſueras. Ta. dicam Ope repreciũ eſt quãdoq; vti tectis technis: ⁊ vbi equo cãpo manũ conſerere non licet: ex inſidiis tendere. Sic viuitur. mentiri non ſemper obeſt. Car. tua benefacta narras. Tar. hec benefacta benefactis aliis protẽgam ne perpluant. Ca. recte. Occluſiſti mihi linguam, nihil eſt quod reſpondeã. Tar . Nunc ad hocvenio ex quo noſtra nata eſt oratio ⌊ hieronymi fului nec freta Sãctonici Xanctonici per x perite ſcribitur ⌋ C. diſce noſter rhetoriſta hanc voculã per ſ eſſe annotandã Sãctones enĩ ſunt populi non longe a Toloſſatium finibus que ciuitas eſt in prouincia vt. C. ceſar primo cõmẽtariorũ ſcribit eorũ vrbs eſt mediolanũ ad oceanũ vergens vt in Geographia Strabo meminit De his lucanus in primo gaudetq; am moto Sanctonus hoſte omnes ei illi populi ad oceanum ſpectant Tibullus teſtis et oceani littora Sanctonici. Tar. Hec

cometes vtriuſq; generis.

ſanctões

omnia in animo insculpta habeo. Ca. Quid ais? Tar. aio ꝙ apollo precipit phythius. Ego et regere populum/et stabilire leges/et castigare improbos nosco. Ca. Ioculare istꝺ quidem quod ais: et a multis sepe derisum. Tar. Vale. abi. curre. pensilis pendeas. Ca. Tuum est munus/hoc a te expectatur. Tar. His dictis morbum mihi incutis grauem. Ca. Nimia crapula morbum incutit grauem. Tarꝺ. Bonus hic est morbus. et a multis sepe petitus. Ca. Hic tibi morbus mortem inferet. Tar. Sic me despicatui habes? O petre. nunquid meam causam nunc lachrimaris? Pe. Pumiceos oculos habeo/nequeo lachrimas exprimere. T. Pene in foueā decidi: sed resistam. Heus tu si nescis: somnū in multā diem producere/et diutius stertere. Crapule medicina est. Ca. Somnus immodicus omnium libidinum semen atq; origo est: Vt nō illepide hisceversibus testatus est balbus.

Iocus

Quid iuuat hybernas somno deducere noctes?
Perdere quid longa tempora segnicie?
Tutius est vigilare/sacrisq; incūbere chartis:
Tangere q; aoniis Plectra sub arboribus
Informes stertunt per inania littora phoce:
Gliribus et forsan tota cubat hyems.
Sunt angusta satis. nostre data temporavite:
Nil opus est causas cōgeminare necis.
Si nescis nihil est somnus nisi mortis ymago.
Nobis post fatum somnia longa manent.

P. In lōgū sermonē extēditis. Quātū erat ꝓsulti? susceptum negociū exequi. Tarꝺ. Nō erovlterius in mora. . ⌊Et posita eoo littore taprobane. Littus nō. tt. geminatovt tu scribis ꝫ simplo scribēdū ē. ⌋ C. clamabo salutē tibi saluti si cupiat eē nō posse. T. Scio te bona essevoce. Ca. clamabo te nihil salis habere. T. satis salis habeo/cōdimēta salsa satis cōdio. C. vt cerno ad nihil es cōmod?. T. vbi comedo sū satis cōmod? Minutal/pulpamētū/laridū/cōmodissime comedo. C. Abi cito cū istac cōmoditate. T. sic alloq̄ris rhetoristā? C. Mallē istos rhetoristas furno mersos eē q̄ foro. P. Ad remveni iā Ca. faciam. Pe. dudū factū esse oportuit. Ca. Littus. tt. geminato scribi papyrianus/diomedes/caper/probus/seruius et ne singulos numerē (vno ore etvnavoce grammatici om-

nes asserūt: et si per īperitiā illos attinger enō fuit facultas: bonus ille alexander inquiens (littus. tt. duplicabit) te ab hoc exemisset errore. Tar. Vera nō loqueris. Ca. Quid mihi sit boni si mentiar? Tar. Et si vera loquaris: id non animo gratū est meo. Pe. Ita est hoīm natura/oēs mallunt falso extolli/q̄ vero culpari: Sed iam ꝓgredere. Tar. In hypochritā. hypochrita aspirat abs te minime aspiratū. Ca. Non potest dici q̄ indignū facinus facias defloccate senex. q̄ formulatorꝝ culpā in balbū inpingis. Tar. Dolatis dolis in hostes ē agēdū. P. Oppidū dolis oppugnari potest. C. dolos dolare nequā hoīs ē. T. Immo nequā homo ē q̄ seipsū deserit Nā dolis dolorē ꝓcul pellere licet. P. ne oīno operā amitta Ipochrim⁹nos ꝓmonefacē velis q̄nā sit hui⁹ vocule traductio. C. ypo sis. chrisis similitudo dici p̄t: ab ypo enī qđ ē sub/ et chrisis īdiciū ꝓficit. vñ deducit ypochrita: simulatorq̄ rectissīe int̄ptat: et is ē ꝓpe q̄ aliud in pectore clausū gerit/aliud vo ꝓmtū in līgua qō hoīm gen⁹ pniciosissimū ē. nā extremū vt dicit plato ē iniuriarꝝ gen⁹ videri et nō eē. T. hec arbitrio tuo dictitas: si tñ mille ānos ꝓpetuo viuas a scło ad scłz lasciuos libidinososq̄ balbiv⁹ nō excusabis. Ca. res bñ succedit/si hercul sermōe morꝝ sanctitatē aliis p̄scribis. malefacta tñ dissimulādo nō possūt infecta reddi: teipsū mihi crede impellis in plagas. Tar. scio quo modo me expeditū ex īpedito faciā: astutiarꝝ sū onust⁹. Ca. licet sis astuciarꝝ onustus et perustus. nullū tñ est stabulū ꝓfidētie nec diuerticulū dolis: audies dolos q̄s: sz tacebo. pl⁹ scire satius est q̄ loqui. ea demū sapīa est. Pe. vbi libet finem face. Ca. balbū nostrū a quorūdā detractorꝝ morsu eripere gestio: ni tua secus ē snīa: Pe. audacter q̄ vis dicito: ego arrectis aurib⁹ tibi operā dabo. Car. In balbi vsiculis crebre graueſq̄ sētētie nō frustra desiderant: nec venustas/lepos/ comitasq̄ sermōis procul abest. in qb⁹ tamē si nōnulla paulo petulantiora vidētur: erit huānitatis lectorꝝ cogitare/sūmos illos et grauissimos viros q̄ epigrāmata ꝓscripsere: nō mō a lasciuia sz nevbis q̄dē nudis abstinuisse Nō hoc ē balbi exēplū sed lingua ratioq̄ epigrāmatū hec lex (vt ait marcialis) carminib⁹ data est iocosis. ne possint nisi pruriant placere solet. meus balbus hec plinii verba frequenti sermone vsurpare: Non molestē fero hāc esse de meis moribus existimationē

(Plinii Epist. 3 Libri 5.)

vt qui neſciant talia doctiſſimos/grauiſſimos/ſanctiſſimos/ viros ſcripſiſſe me ſcribere mirentur. Ab illis autem quib⁹ notum eſt quos qnantoſq; auctores ſequor facile impetrari poſſe cõfido:vt errare me ſed cum illis ſinãt. An verear⁹ne me nõ ſatis deceat:qõ decuit marcũ tuliũ/aſiniũ pollionem varronẽ:diuũ iuliũ/diuũ auguſtũ/anneum ſenecam/ꝛ alios ferme innumeros:qb⁹nõ ſeria modo:verũ luſus etiã expreſ ſiſſe laudabile fuit.Sic ſcripſit catullus/Caluus/tibullus ꝑptius/ouid/marcialis/auſoni⁹/et qcũq; ꝑlegit. Illos etiã naſo nisverſiculos ſepe repetit. Crede mihi diſtãt mores a carmi ne noſtro. Vitaverecũda mea ẽ/muſa iocoſa mea ẽ. Et mar cialis illud. laſciua ẽ nobis paginavita ꝑba ẽ. Spectatiſſim⁹ vir plinius et oĩvite gñe ꝑbatus:epiſtolis mãdare nihil eru buit. Scriboverſiculos ſeueros parum/molles/ꝛ laſciuos. Et oĩa innoxia relaxacionis exercicia ãplector. nec iniuria Nã (vt ait naſo)Nõ liber indiciũ ẽ animi:ſed honeſtavoluptas. Plurima mulcẽdis aurib⁹ apta refert. Ceterũ noſcim⁹horũ epigrãmatũ illã eſſeveriſſimã legẽ quã catull⁹expreſſit Nã caſtũ eſſe decet piũ poetã ipſũ: vꝛſiculos nihil neceſſe ẽ q tũc deniq; habẽt ſalẽ et leporẽ:ſi ſũt molliculi ꝛ parũ pudici. P. Verioraveris dixti:nõ enĩ exverbis/ſed rebus potiusvniuſ cuiuſq;vita cẽſẽda ẽ. Nã frons oculi(vt ait cicero)ſepe fallũt liguavero ſepiſſime. Quid enĩ refert:os ad ſermonẽ eẽ ꝑbũ: ſi ad rẽ anim⁹improb⁹ẽ? Quid tamẽ ſit reliq audiamus. T. ⌊Immodico creſcãt tibivana cucurbitavẽtre. En ãtigrama ticũ q cucurbitã femininũ ſingulare neutrũ plurale balbica licẽtia fecit ⌋Ca. antiquũ retines hoc tuũ: vt quo iure quaq; iniuria inſulteris: neſcis bone deus/a formulatorib⁹. n. ad- hiberi obuiũ fuiſſe:qđ dũ hec int̃pretarer abolẽdũ oblitte- rãdũq; curaui. Tar. Quo pacto id ſciã. Ca. Sic inuideas ſp/ et nuſq̃ qſq̃ inuideat tuis cõmodis:vt id reſciuiſti. P. Si id re ſciueris ſtulte actũ fuitꝛ pctm̃ eſt largiter. T:qd tũc reſciui/ et egi. coegit pudor. P. q̃d ita pudor. T. pudebat me ſenẽ/ ve terẽ/decrepitũ/veternoſũ/abvno adoleſcẽtulo demũ ſupari Pe. Sepe homies(vt noſter ait plaut⁹)cum nihil refert pudet vbi pudendum eſt eos deſerit pudor. Tar. vtinã poſſem me conuertere in hyrudinẽ vt eius exuggerem ſanguinem. Car. Verteris ne in canem⁹. Petrus. Iam nunc relinque canem/

et cane quibus de rebus cucurbita dici possit. Carol⁹ Apud celsum legimus cucurbitam et per diminutiõez cucurbitulã corneumvelvitreumvasculum esse/quo medicivtũtur ad sãguinem educendum/itidẽ ad humores diuertẽdos. Iuuenalis iampridẽ caput hocventosa cucurbita querit. Pro fructu a marciale et plinio accipitur quem maro appellat sinuosũ Audis hec tardiue? T. Alia cura impẽdet pectori: aliõsque ras quibus cẽtones farcias. Ca. Nimiũ cerebrosus es: cucurbita opus esset: Tar. sic me ludis?. Ca. operam nusq̃ melius potui ponere. Tar. Ni taces effũdã tot tibi tenebras/caligi-nem/fumũ/Car. vulcani irati es filius. qui fumum fundas Pe. Quid me tantũ cruciatis harũ nugarũ longitudine? T Exequar ego bene et sedate. Pe. pendens id et intent⁹ expecto. Tar [Et phaethõteis orbita trita rotis. Orbita subiectũ neutrũ plurale hic incongrue est. Ca. Sivim ipsã epigrãmatisvirtutẽq; verborũ ꝑus pẽsitasses: orbita dici genere femineo et casu nominãdi aperte cognouisses. nec enim aliter integra sinceraq; sententia staret. Discе tamẽ orbitũ ꝑ orbe auctore nonio vsurpari: varrovt sydera celi diuũ ea cũ terra atq; eavoluũtur motu orbito. Orbita aũt duas res siguificat (vtvult pedianus) Nã et ipsa rota intelligit̃: et vestigium rote. Hoc tamẽ posteriusvsitati⁹ est. orbitasvero liberorũ est priuatio Cicero deplorauit enĩ casũ atq; orbitatẽ senat⁹. Statius orbitas omni fugienda nisu. Pro qua significatione orbitudo dixerunt antiqui Accius. Miseret lachrymarum ⁊ luctuum orbitudinis. Tardiuusvbi gentium queram hecvocabula? Carolus. Mea causa querevel medio in mari. Tardi. Queram potius mediis in siluis leporem. Carolus. Es nevenator. Tardiuus. Non inuenies comodiorem: Scio catulos aliter longe olere/aliter sues. odorem nasus sentit. De odore possem siquando olfeci facere coniecturam. Carolus. Iãdudum dixi te in canem posse conuerti. Tardiuus. Si canis essem crura pedes/latera/dentibus per pulchre tibi pingerem Carolus. apage/apage hec sane non placet pictura: apelles atq; zeuxis/te pingant pigmentisvlmeis. Tardiuus. Vitam tibi interimam: qui me sic ludificas. Carolus. tibi prius minuam caput. Nam in acherontem horcus te libẽter accipiet Tardiuus. Supersede hiis verbis. Carolus. Operã da ⁊ ope.

Cucurbita quid.

Orbita quid.

orbitas.

orbitudo

ra dabitur tibi. Petrus. Nihil ad istam rem verba hec referunt. Tardiuꝰ. Ad rem me iam referam ⌊Ad muraniū pictorem Murani latie decus thalie Murani in vocatiuo pro murane.⌋ Carolus. Admonui sepe tibi corruptū esse caput Tardiuus. Hoc corruptum est caput qnando vini nihil capit. Caro. Quantū vini capit hoc caput? Tardiuꝰ Nimis ociosus es: qui res alienas sic queritas. Carolus. Nihil humani (vt terentianus ille loquitur) a me alienum puto. Tardiuus vis dicam: musice etatem ago. cenis dubiis gaudeo: ibi fabulandi/ridendi/iocandi/locus est idoneus. Carolus. Scio inter patinas exhibes argutias: nimis tamen es bardus (ut in viam redeam) qui nescis muranius in vocandi casu i assumere vtpote cum viri sit proprium. Tardiuus. Est ita vt ais. Carolus. cur secus conscripseras? Tardiuus. Ignoro nisi forte melius q̄ satis fuit biberam. Carolus. Oraculum apollinis non potuit verius loqui: nunc sequentia noscamus. Tardiuus. ⌊Potentiori ineleganter pro potentiore: quoniam in comparatiuis ablatiui in e non in i debent finiri⌋ Carolus. Grāmatici oēsvna q̄dē voce: cōparatiuorꝝ sextos casus in e et in i absq; vllo discrimine finiri tradiderūt. Quod complurium auctoritate corroboratur Iuuenalis Constat leuiori belua sumptu. Lucanus. Maiori pondere pressū signiferi mersere caput. Statius Anima maiori corpore iūcta. Rationem refert priscianus quoniā vetustissimi or in omni genere cōparatiuū gradū terminauerūt: que finitio capax est vtriusq; ablatiui. Valerianꝰ hoc senatusconsultū prior factū est Cassius bellum punicū posterior. Claudius prior bellū quod cū his gestū erat. Tardiuꝰ. Iam spes mee sunt extincte: neq; vbi eas collocem habeo vllum munitū locum: meticulosus iam sum. Carolꝰ. nescis q̄ meticulosa res est: consciam mentem gerere. Petrus. Immo nihil est miserius q̄ animus culpe cōscius. Tardiuꝰ. Iam timeo. Carolus. tu qui eloquentiā florētem reddis? Tardiuꝰ. Fateor virtute id factū mea et magisterio meo. Ca. quid igitur times? T. quia me ītricas tricis. aliq̄ tñ ope extricabor. C. vñ hāc opē moraris. T. aliquid/aliqua aliq̄mō/alicūde/aliquā opē tenebo. Ca. tenebis p auriculas lupum. T. Muliebris adhibenda est malicia si aliter non p cedet/fraudibus est agendū. Petrus Fraudibꝰ? Tardiuꝰ. scis

de ablatiuis ꝑpatiuorum

Ioci

ſolitum eſſe tali ludo ludere. Carolꝰ. age vt lubet: tam facile te vincam q̄ pirum volpes comedit. Tardiuꝰ ⁊Ethereis animas tantū dii mittite ab aſtris Nam manus artificis. cetera membra dabit Cetera indoctiſſime ſcripſiſti: cum et anime membra non habeant. ⁊Caro. aliquid indignū ſemper effūdis. Tardiuꝰ. indignū? quē dices digniorem eſſe hominē hodie pariſius alterū? Carolꝰ. In cuius cuſtodiā grex archadicus cōmittaf. Neſcis adhuc defloccatevetule: genus hominū ex corpore et anima eſſe? ſtudiaq; omnia noſtra corporis alia/alia animi naturā ſequi. Alioq̄n cetera ſeruio auctore aduerbium deincepsq; notat. Maro. Cetera parce puer bello. quid nunc ais? Tardiuꝰ. Aſtutias in cor conuoco. Eripiēdū eſt aliquid callidi et conducibilis conſilii. Carolꝰ. vis dem cōſiliū catum/quod laudes. Tardiuꝰ. Illud accipiā. Carolꝰ. abi cito/ꝓpera/fer pedē/cōfer gradū neptuni domicilii ūviſas Car. q̄d mihi nūc es auctor vt faciā Impetratū reddā. modo in hoc domicilio ſint pulmenta. ⁊ vncte patine: ⁊ amphore fumantes. Pe. ſatis eſt luſū: iā non eſt cūctandi copia: nō eſt in q̄ dormitandum. Ta. quid dormitandū: ſomnū omnē ſepelii: oēm obdormiui iamdiu crapulā. Pe. vigila igitur/et age qꝺ ais. Tar. quid agā? Pe. legas. Car. legā ⁊Si dura hyrcino cedūt adamāta cruore Dura adamāta ceduntOēs quotquot hic cōmitti ex induſtria poſſent incōgruitates balbꝰ liquido cōmiſitPrimo adiectiuū et ſubſtātiuū caſu diſcrepāt: adamāta enī ſubſtantiuū accuſatī dura vero adiectiuū noīatiui caſus eſt qꝺ verbū cedunt probat. Scꝺo genere. adamāta maſculini dura femini aut neutri generis eſt Tertio numero adamāta ſingularis dura pluralꝭ numeri ē. qđ cedūt v̄bū oſtēdit Quarto ſuppoſitū et verbū caſus incōcinnitate diſcrepant. Accuſatio adamāta ꝑ noīatio adamas cū ꝑſonali verbo cedūt poſito Quīto numero cū adamāta ſingularis cedūt pluralis numeri ſit. ⁊Ca. multo ſermōe profluis: exclamas ꝯgloriabūdus quaſi te cornu copie iueniſſe putes. ſtructura deflocate ſenex te fefellit: opa itaq; mihi ē danda: vt verſiculi v̄ba aſtruam. Si durum hyrcino cedunt adamanta cruoreCedūt ſubaudi hoīes. nō v̄o adamāta Adamāta durꝝ. i. adamantē ſanguine hyrcino: id eſt hyrcorum cruore. Quod autem ſit durum et nō dura: eorum qui me interpretātem audiuerūt

Ioci cetera.

Facetie.

libelli teſtantur. Tar. ipſe captor captus ſum. Car. Nulla hac in re captio eſt. Tar. deceptus fui: quia verbo cedunt idoneū caſū adiūgere non mihi obtigit. Sed quid agas? ſic eſt huma norū debile ingeniū. Car. ſic eſt impitorꝝ ſtulta et inaniſcō-fidentia. Sed vt hui⁹ verſiculi magis ſit explorata ſententia. pauca de adamantis natura repetēda videtur Adamas nan ꝙ diu non niſi regibus ꝛ iis admodū paucis cognitus fuit in

De natura adamantis.

ethyopibus tantū naſci putabatur (vt auctor eſt plini⁹) tantiꝙ precii erat: vt gaudiū diuiciarꝝ diceretur. cui⁹ lapidis duricia inenarrabilis eſt ſimulꝙ igniū victrix: et nūq̄ caleſcēs vnde et nomē indomita vis greca iterp̄tatiōe accepit Cruore hyrci tantū frangit. Siquidē (vt plinii verbis vtar) illa iuicta vis duarꝝ violētiſſime nature rerꝝ: ferri ignisꝙ cōtēptrix: rumpitur ſanguīe hyrci Ac ne aliter q̄ recenti calidoꝙ macerata. ꝛ id ꝙ multis ictib⁹. hec hacten⁹. T. Abſurde facis q mihi loquēdi copiā eripis. C. qō tibi nuſq̄ fuit nuſq̄ eripiet. T. nōdū noſti īgenii mei aculeos Ca. id libido ē ſcire. T. nō ſic vulgo meā opam vulgo. C. vulga nobis q̄ſo. T. ſi id efflagitas dicā plenus ꝓfilii ſū. optimas fruſtratiōes ſcio / non me angorib⁹ dedo. ſed iocor / ludo / rideo / faceciarꝝ articulos noſco / ſi qd rectū curatū velis mihi mādavironi ſepe blādior. Id qō isvult id ago atꝙ id nego. C. es ioculator graphicus / et q̄tiuis precii. T. mihi nūc caperat frōs ſeueritudīe nūc facetiis affluo ſic variosvultus induo. Ca. euge euge / lepide / facete / cōmen tū laudo. T. Sapio. C. etiā ſapere in hac etate oportet q̄s ca

Iocus

caſſida.

pite candido. T. ſi annos numeres exiguū vixi / ſi v̄tutes euū Pe. de hiis hacten⁹: nūc negociū exeq̄re. T. [Non adaman teo caſſide tut⁹ eris: adamāteo caſſide adiectiuū et ſubſtanti uū genere diſcrepant: caſſis nanꝙ feīnū eſt.] Car olus. non neſcius balbus caſſida feminei eſſe generis: quod alibi ſatis oſtendit inquiens. Caſſide mars poſita. Sonum vocabiliorē et ameniorem ſecutns eſt. quod laudi dandum videtur Inter rogatus etiam valerius vt meminit gellius. has ne vrbis an vrbes: et hanc turrem an hanc turrim dici oporteret. Si aut v̄ſū inqt pangis aut or̄onē ſolutā ſtruis. atꝙ ea v̄ba tibi dicē da ſūt: nō finitiōes illas p̄rancidas neꝙ fetudinas g̃maticas ſpectaueris S3 aurē tuā int̄roga q̄ qd loco ꝓueniat dicere. qđ illa ſuaſerit id ꝓfcō erit rectiſſimū Hac rōe enni⁹ rcōs cup̄ſſos

de varia modulatōe vocū

cupreſſ⁹.

dixit:contra receptum vocabuli genus.hoc verſu.Capitibus
mutantis pinos rectosq; cupreſſos.Firmior et viridior ſonus
eſſe vocis ei viſ9ē.rectos dicere cupreſſos q̄ rectas Sic ī ānali Funes.
bus:aere fulua dixit non fuluo Lucreti9eque auribus iſerui-
ens funē feīno genere appellauit:in hiſce v̄ſib9.Nūc vt opi-
nor enī mortalia ſecla ſupne: Aurea de celo demiſit funis
ī arua:cū dicē vſitati9manēte nūero poſſ3 Aure9e celo demi
ſit funis ī arua Idē fecit v̄gil Cū aliis ī locis.tū h̄ ī v̄ſu:Hec finisvtri
finisp̄ami fatoꝝ vbi ſi h̄ finis dicas.duꝝatq; abſonū eritRe uſq; gñis
ſpuētq; aures qđ mutaūis.In his et plīb9 aliis auctores neq;
rationē verbi neq;ꝓſuetudinē ſ3 ſolā aurē ſecuti ſūt.ſuis ver
ba modulis penſitantes Quod qui non ſentiūt(īquit cicero)
cū de numeroſa et apta oratione dīſſereret.quas auris habe
ant aut quid in his hoīs ſimile ſit neſcio. Tar.hos omnes au
ctores in meo eloquētie benedicendiq; ſcientie cōpendio con
ieci.Ca.fuiſti quaſi coq9.qui vnū multa iura cōfundit.Tar. Iocus
coquus?qui oēs auctores lima et cenſura expoliui.Car.vna
opera ebur atramento candeificare voluiſti. T.quid garris?
Priſcianū taxaui qui finis feīno genere reperiri mentiebaſ.
et alexandrū illū adoleſcentuloꝝ pniciē et venenū:qui pga-
mus feīco genere variabat.Caro.vtrunq; incōſultiſſime ut
puto carpſiſti: v̄ba gellii hec ſunt Iſtunc verbis probus ꝛ hac
fini hoiem dimiſit Et alibi ex ſentētia chilonis Hac inquit fi finis ge-
ni ames tanq̄ forte fortuna oſurus: hac itidem tenus oderis neris fe-
tanq̄ forte poſt amaturus:vbi et hac fini et hactenus.Idē ſo minei
nare videntur et proptius nulla ne finis erit nr̄o cōceſſa do-
lori.Eadem eſt ratio de hac vocula pgamus attali regia.de pergam9
qua euſtachius et ſtrabo plura vt enī omittā probū/caprum gñisfemi
diomedē/alioſq; litteratores Statii carmē ſufficiet.Ipſe deus nei.
patrie celſam trans equora mittit pergamon.et alibi Perga-
mē pinifera multo felicior ida.Quid ad hec dicis?Tar.dico
mea conſilia vndiq; oppugnari:multa in hunc locū confluūt
que meū pectus pulſant Proh dolor quenā eſt hec mutatio?
Mihi cūcta vſq; adhuc proceſſerūt proſpero flatu.C. hic fla
tus tuā ratem deſeruit:vt autē priorē ſermonē expediamus Caſſis.
Caſſis pro rete virilis eſt generis quod planū facit ouidius
Decidit in caſſes preda petita meos Pro clypeo aūt caſſis ꝛ
caſſida dicitur Statius Aurea cui poſt nudabat caſſida frō-

tem: Ideo cassū inanē dicimus ab aranearū cassib⁹: vt marcello placet: ꝙ sint leues et nullius ponderis: v̄ba plauti ī aulularia sunt. v̄ginē habeo grandē dote cassā atq; illocabilē:

Incassū. Vnde incassū quasi frustra ⁊ sine causa dictū est: a cassibus traductū: sine quibus venatio est ianis et vacua auctores nonnius seruius. Tar. Si alterū tantum auctoritatū adhibeas: nihil admitto in aures meas. Ca. ceratas aures geris. si nec ꝑfectissimorū virorꝫ auctoritatē vereris: nec iudiciū sequeris Ta. Optima te audio opportunitate: nō te iupiter eripiet q̄n barbarus sit. Ca. vis aliis ꝑpriū nomē ipartiri. nimiū liberalis es. T. tu nimiū barbar⁹es q̄ ꝑfectissimorꝫ nup enūciasti in meo eloq̄ntie bñdicēdiq; sciētie copēdio v̄ba sūt hec. Oīpo

Facetie. tens et ꝑfectus et similia non cōparantur: quod vt legas oro. Ca. adlega aliū ad hoc negociū. Non est tanti deridere. Ta. emendatione ne opus meū eget. Ca. etiā: sed non multa. T īmo v̄o nulla. C. vnica etenī litura tot⁹ liber emēdari facile

ꝑfect⁹cō paratur. potest: ꝑfect⁹ (alia nāq; cōmodi⁹ in tp̄s differo) cōparī hec ciceronis v̄ba ostēdūt ꝑfectissimi mihi vidēt Et iuuenal. Nā pfectissī⁹horꝫ Si qs aristotelē similē v̄l pictaton emit Nū tua errata reperio radicitus? T. noli mevexare: capiti male habeo C. grauis ē morb⁹ qui a capite diffūdit. T. Vt acerbū ē probñfactis ignominiā pati: procedā ad reliq̄. ⌊ Adamāteū cassidē epitheton ipsū ēvicioſissimū: cū nō ex adamāte ſ ex calibe et lōge tutior cassis sit. C. clamare cogor: quo mevertā? q̄ fomēta q̄rā? vbiq; deliramēta remediis fortiora. P. nimiū clamitas: cū surdis loqui arbitraris. C. Iā plane loquar. Adamāteū cassidē id ē durū vocitam⁹. quādoq̄dē vt p̄cedēs sermo patefecit. adamāte nihil ē durius. Sic Iuuenal ferrea pectora: et tibullus saxea corda. id ē rigida et obdurata dixerūt. Hi etenī auctores trāslatōe poetis atq; oratorib⁹ cōmuni sūt vsi T. nō hiq̄do omine extra limē hodie pedē attuli hereo qua īsistā via. C. q̄d secreto susurras? Tar. id nihil ad te attinet. C. nō p̄uenit aliud palā / aliud agere secreto. T. dicebam iā diē nocti p̄cedere. P. Proin si k̄ lucis ad vmbilicū puenire affectas: festinādū ē. T. festīare neq̄o cōsit⁹ sū senectute onustū gero corp⁹ C. pedē cōfer / ꝑduce ꝑpera. T. formicino gradu properabo. Petrus duram rem ago. Propera inquam lingua et non gradu. Tardiuus. nihil iam moror. ⌊ O manus /

o crines o colla o lactea ceruix. Manus cum singularis hic de nume
numeri sit quā describis: de petra puella vnam dūtaxat ma rorumva
num habens: altera manca est J. C. Quid preter fabii verba rietate
referam Maxime autē in ornando valebit numerorꝫ illa li
bertas Nam et liuiꝰ sepe sic dicit Miles romanus prelio vi-
ctor. cū romanos vicisse signat. et cicero ad brutū. populo in
quit posuimus et oratores visi sumus sed etiā quotidiani ser
monis vsus recipit: hec ille. Sic virgilius de militibus grecis
ait. Atq; vterꝫ armato milite complet Et alibi litus custode
teneri Ouidius. Non arabo noster rore capillus olet. Ta. Iā
diu clausi tibi omnes cōmeatus: et mihi viam munini. Ca. q
poteꝰ Ta. Quotiens tandē dicendū erit: vniuersis auctoribꝰ
renūciaui: mihi soli viuo, mihi soli credo, mihi soli sapio. C.
tibi soli delira, tibi soli debacchare? Petrus. illud ne tam cre
bro erit admonendū vt iniuriis supsedeatis. C. firmā astrin
go fidē me tibi obtempaturū. Pe. nihil hōi dari potest maiꝰ, / Fides
q̄ fides: cū intemerata ipollutaq; seruatur. Ca. ni fidē soluā:
mihi supremus opifex iratus siet. Pe. in ꝓmissis sat estNūc
ꝓcede tardiue. Tar [Itala cecropie palas cōiūcta minerue
Et longe post Quicquid ab eois pinus vehit Itala qcqd Ita-
la i vbiq; breuē balbica abusio ꝓducit'. C. lassitudinē hercle
verba tua mihi adiiciūt. Tar. vt collibitū est animo sic lassi
tudinē aut gaudiū verbis adiicio. orator sū. Car Arare ma- Iocus
uellem q̄ sic orare. non te pudet esse inuentū inanē, quasi cas
sam nucē? Pe. tu quid sit veri eloquere. plenū humanitatis ē
errantē in semitā rectam ducere. Ca. stultū est illi recte face
re. quando qō facias perit. quippe malo benefacere tantūdē malis nō
est periculi: quātū bono malefacere. Pe. vsu sic compertū est benefaci
Malo siquid benefacias in maleficiū conuertitur: tamen ad endū eē.
obiecta respōde. Ca. Itala prima producta enūciari maro Itala pri
hisce verbis docuit. Et longe italiam longe itala regna vo- ma pro
care. Et in nono Volat itala cornus aere per tenuem. Stati ducta
us in achile. Ast tu quem primum longe stupet itala virtus
Graiaq; Sexcente sunt auctoritates, si sit ocium. Tardius.
nugas ais. Carolus. Ex tuis moribus alios iudicas. Tardi-
uus. Moribus meis vel lycurgo antecedo': mira et mag-
na facinora facito. Carolus. Ista magnifica verba et is-
tas magnas nugas non pluriffacio quam ancillam meam

que latrinā lauāt. Tar. veh tibi. Ca. Immo iſtuc tibi. T. mihi cuius nomen vbiq; volat. Ca. ſine pēnis volare haud facile eſt. Tar. Sūma tñ fuit de me opinio. Ca. fuiſti q̄ſi ſolſtitialis herba repente es ortus et repente occidiſti. Tar. Mihi cerebrū excutiūt hec tua dicta. C. lapides loquor. T. gladios reſpondebo. P. Iam in rectā ſemitā redi. T. ⌊ Et ſolus noſcis dubioſa enygmata perſi ⌋ Dubioſa balbicū eſt vocabulū. C. Gellius (ne ſingulos ꝓſequar) hāc vocē vſurpat: in qnto libro inquiens. Tum iudices dubioſū hoc / inexplicabileq; eſſe qđ vtrinq; dicebaſ rati. Qđ ſi apud balbū hoc primo vocabulū eſſet natum: id ei laudi ducendū eſſet. Si enī auctorib⁹ timiditas obſtitiſſet (inquit priſcianus) vt nullis aliis vterēſ vocabulis ipſa natura et ſignificatiōe rerum exigente. ꝓpetuis latinitas anguſtus dānata māſiſſet. Imitatus itaq; ſtoicos eſt qui v̄borū archetypi dicunſ. Quid enī ꝓhibet nouas voces in lucem deducere: oratiano p̄cepto. vt ſilue foliis pronos mutanſ in annos. Prima cadunt ita v̄borū vetus interit etas. Et iuuenū ritu florent modo nata vigentq;. Sic et reatum nemo ante meſſalā: ꝛ munerariū nemo ante auguſtū dixerat. Audendum itaq; eſt (vt ait fabius) nec accedo celſo qui ab orato reverba fingere vetat. At deriuare / flectere et cōiungere. qđ natis poſtea cōceſſū eſt / quādo deſit licere? Hec ille. Tar. opinabar nouas appellatiōes fas nō eſſe deducere. Ca. At opinari ſcire qđ neſcias nō eſt ſapiētis ſꝫ temerarii poti⁹ ac ſtulti. Tar. Stultitia pro ſapiētia quādoq; vti licet. Ca. cano capite atq; alba barba ſic loqueris? periiſti. Tar. perii? Pe. ego illum periiſſe duco: cuius quidē periit pudor. Tar. nolo aduerſari tuam aduerſus ſententiā: nullus tamē frugi eſſe poteſt homo: niſi qui et bene et male facere nouit: vtrūq; tam facile ſcio q̄ nomē meum malum et. Ca. teneo iſtud / ſed ego illud quero cōfragoſum / an bonum ſcias? Tarō. tu quidem exore oratione mihi p̄ripuiſti. Pe. Queſo ambages mitte. Ta. Mittā. ⌊ Eſſe deum mōſtras ſub trino corpe ſolus. Deū trino corpore monſtrādum hereticum eſt. ⌋ C. ha he. T. Quid eſt quid rides? pergin. Ca. ha ha ha. deficio ridēdo. Tar. ludis me tuo ludo? Car. nunq̄ vllo die riſi adeque: neq; hoc qđ reliquū ē plus riſurus opinor. Pe. quid rides? fare. C. aſſem para / audi aureā fabulā / Pe. Iſtud expecto ſcire qđ ſiet. Ca.

vocabla eſſe fingenda.

mihi forte in mentē venerat riduculū lentuli facinus.qui ho trinitas.
mo neq̄/acherontis pabulū/et perfidie domiciliū:nulla ex-
cultus doctrina de diuinis archanis cōcionari sit ausus. Idē
de trinitate verba faciens:que ingenio ac propriis nō potest
sensibus cōprehēdi:alioqn tollerēt quod īter deos atq̄ homi
nes differt:eam lentulus hystrioni qui varias personas agēs
in scenā cōmutatis laruis procedebat:assimilare nihil est ve
ritus.nostin de quo fabula narretur?T.Nimiū est quod scio
Car.In hunc balbus iocatur inquiens Esse deū monstras sub
trino corpore solus.ea tamen ratione vt aliene stultitie non
eius opinionis testimoniū accipias. Tar.Nimiū mal? es.C.
bonis bonus/malis malus sū Nā indignis si maledicas ma- Facecie.
ledictū id esse dico:verū si dignis dicitur benedictū est. Ta.
me dignū vocas?Ca.tu dixisti/ego taceo. Tar.ob has sycо-
phantias/magnū et solidū malū tibi debeo.Carol?.Si quid Verba
debes/tibi condono/tibi habe. T.aceto hec acriora sunt.blā blanda.
da verba cū audio mel mihi videor lingere.C.v̄ba blāda le
pida sunt memoratu:eadē in vsu aculeata sunt. Pet. Immo
mer? viscus est adulatio:melle et felle(vt plautino v̄bo vtar)
fecūdissima.gustū dat dulcem:amarū ad facietatē vsq̄ agge
rit Sed quoniā declinatū est de via iam redi. Tar. ⌊Desine
diuitias natis cumulare superbasNatis incōgrue pro gnatis
g prepositō scripsisti Natus enī adiectiuū gnatusvero substā
tiuū et poeticū ē⌋ C.Errores ad tete trahis vt 'cecias nubes
Tar.Hec verba egri mihi sunt.Ca.calidā,picem bibito:egri
tudo abscesserit.Tar.hoc est demū quod percrucior.me hoc Facecie.
etatis ludificari.Ca.Eodem poculo quo aliis propinasti nūc
bibe.Tar.quod bibam non video.Ca. caponē quere. Tar.
nūmus non est mihi plumbeus. Pe.cui est animus equus sa
tis habet:qui bene vitam colit.Ca.nūc vos viciſſim date lo
cum meis dictis. Pet.Equū iubes.Car.Summa est.auctore
papyriano inter elementa g n q̄ cognatio. Ideo vetustissimi g et n co
auctores euphonie id est sonoritatis gratia:ägchises/aggens gnatio.
agguilla dictitarūt:varronis de origine latine lingue sūtver
ba.Aggens/agguilla/aggulus/in eiusmodi greci et acci? nos
ter binam gg scribunt.Similiter agceps/et agchora/hec ille.
Eodem iure prisci comici per adiectionē g gnatus ignarusq̄
protulerunt.vt auctor est priscianus.Terentius Meum gna

Natus ꝑ filio.

tum rumor ē amare. Alibi. Perq; vnicā gnatā tuā et gnatū meū Sed natus quoq; pro filio vſurpari (preter te dūtaxat) ambigit nemo. venꝰ cupidinē filiū apud maronē ſic alloquit Nate mee vires mea magna potentia ſolꝰ. alibi Et nati natorum et qui naſcētur ab illis. Hoc neq; fugit vallā vt (paulum tibi blādiatur) familiarē tuū, inquit eni ille Oratores ſepius dicunt filius q̄ natus: poete potius ecōtrario. Tar. hec nō noram. Pe. Aſt nemo dicat (vt cyrus docet apud xenophontē) que minus certa norit. Tar. hec certo noram. C. prius negaueras. Tar. Qua negauerā lingua eadē nunc concedo. Car. verbū vſurpabo vetus in re noua Senex extemplo cū quis ē nec ſentit, nec ſapit Aiūt ſolere eū rurſꝰ repueraſcere. T. vtinā repueraſcerē. C. medeā q̄ras q̄ peliā recoxit ſenē, ꝛ medicādo fecit ex ſene adoleſcētulū. P. ſatis fabulaꝝ ē T. ⌊Munera nulla valēt natis maiora parētes Linq̄re q̄ laudis noīa clara ſue. hereticū et ſcandaloſū eſt Nā bonoꝝ morū doctrine, virtutis, fidei, munus citra. compationē maiꝰ, et ſua propria q̄ parentū aliena laus longe maior⌋ Ca. licet complures exagitare pro monumento habeas. tamen q̄ntū mei mo

ō va gla

res, non tua iurgia poſtulāt reſpondebo. Pe. recte. qui enim leuiter ſeuiūt ſapiunt magis. Ca. primū igitur omniū fatemur fidem, integritatē, ceteraſq; virtutes antique proſapie titulos anteire: et ſatius eſſe propria virtute florere q̄ parentum laudidus initi. longe preſtantiꝰ homines rebus geſtis et vita innocentiſſime acta, q̄ maioꝝ imaginibus commendari. Veꝝ hec vt magna ſunt ita non hereditaria relinquūtur ſed pluribus laboribus piculisq; comparantur. Maiores enī (vt eſt apud ſaluſtiū) liberis ſuis relinquere diuitias, imagines, memoriā preclarā, virtutē non relinquere, neq; poterant: ea ſola neq; datur dono neq; accipitur. Optima aūt hereditas (vt inquit cicero) traditur liberis omniq; patrimonio preſtantior: gloria virtutis reꝝq; geſtaꝝ: cui dedecori eſſe nefas et viciū iudicandū eſt. Tar. Siquidē hoc viuat caput: aliquā machinabor machinā: qua parem tibi gratiā reddā.

Facecie.

Ca. virtutē tuam mihi experto predicas? ſed nihilo plꝰ ages q̄ ſi imbrem in cribrum geras. Tar. Si te non magno atq; ſolido mulctem infortunio dii me exheredē faciant vite. C. qō cunq; optes tibi eueniat. Tar. Ni taces, haud tibi longe ē os

ab infortunio. C. Si vnū verbū musses: tam frictū ego te reddam q̄ frictū est cicer. Tard. vt spero vltro supplicatū ad me aduenies ob stultitiā tuā. meq; sūmo honore coles. Ca. regiones mauellē colere acheronticas. Pe. hac de re satis Malis enī principiis maxime simultates sepe orte sunt. Tar. ⌊Nobilitas virtus vera est hec sola beatos Post cineres reddit cetera mortis erunt. In heresim passim relaberis: et in heresi p seueras obstinatus. cū nobilitatē non fidē beatos reddere dicis et cetera mortis esse ⌋C. Iam horꝝ tuorꝝ verborꝝ me saci etas tenet: reputa queso cū animo tuo q̄nta calūniandi libido te inuaserit. ⁊ caue ne hec dicacitas aliquādo in tuā perniciem casura sit: q̄uis balbus accepta iniuria ignoscere q̄ prosequi mallit. Pe. recte/nam vt humanū est peccare/sic humanum est ignoscere. Ca. Non nobilitatē (vt per secordiā arbitraris) sed virtutē: ad bene beate viuendū iter aperire presēs virtꝰ laudatur carmē ostendit. meditare tuipse mecū quid a sapientissimis viris de virtute quā nemo satis digne laudare potest pscriptum sit. Hec vt tercio de re. pu. tradidit plato: est sanitas quedā et bona valitudo ipsiꝰ anime: et philosophorꝝ princeps aristotiles. tūc demū hominē esse felicē dicit: quū aliquid cū virtute operatur. que si oculis cerneret: mirabiles amores (vt idem inquit plato) excitaret sapiētie. Ideo satyrus exagitāde nobilitatis causa sic loquitur Tota licet veteres exornent vndiq; cere Atria: nobilitas est sola atq; vnica virtus Nam diuitiarū et forme (vt inquit crispus) gloria fluxa atq; fragilis est: virtus clara eternaq; habetur. Aliorꝝ pluriū testimonia enumerare possē/nisi ea res longius ab incepto nos traheret Pe. optima documēta tradidisti. Tar. mallē cadū vnū vini veteris tradidisses. C. Tua hec est sapia? Ta. vti vino vetere sapientis est. Ca. nimiū inaniloquus es/sycophantiose loqueris. Tar. Ex re mea id facio ne deprehēdar. Ca. scio anguilla es facile elaberis. Tar. turbo non eque citus est vt meꝰ sermo. Ca. cito gallicissitas/si latine loquendum est palato 'lingua heret. viscus labra glutinat. Tardiuꝰ. Sic me habes pessimis despicatū dolis? Petrꝰ. id ioco loquitur. Tar. non placet mihi iocus qui bilem mouet. Pe. dic quod placeat. Tar ⌊Hic crepitans leues molit fauoniꝰ auras. fauoniꝰ a corripit tu vo abusiōe balbica ꝓducis ⌋C. paucis vbis te volo pcōtari

Iocus.

Facecie. Tar. quod dicã delphi reſponſũ dicito. Ca. Intelligis ne tuũ eloquentie compendiũ? Tar. vix. C. exculpſi tandẽ vt diceres verũ. Tarꝺ. Miraris? Oracula apollinis ſcripſi. Ca. vera dicis: nam pol credo hec tua ſcripta niſi ſybilla legerit/ interpretari poſſe neminẽ. Tar. ſaluus ſum ſiquidẽ iſto dicto ſolida perpetuaq; eſt fides: tibi gratias ob has laudes ago. C. ſis igitur beneficii memor. Ta. iiuriaꝝ libentius memini. Pe. more hominũ facis/ ſiquid benefacias leuior pluma eſt gratia Si quid peccatũ eſt plumbeas iras gerunt. Ca. Animad uerte q̃ſo balbo ſemel feciſſe obiectas: qꝺ veteres oẽs ſepe factitarũt. qui metro inſeruire coacti ſyllabaꝝ ſpacio licentius ſunt vſi. Cui enĩ potius q̃ fabio acquieſcas? qui inquit. Prete rea que fiũt ſpacio: ſiue quũ ſyllaba correpta ꝓducitur: vt italiam fato profugus ſeu longa corripitur: vtvnius ob noxam extra orationẽ non deprehẽdes. ſed nec in carmine vicia du cẽda ſunt. quod certe balbo preſertim/ in tã longo opere condonandũ fuit. Tar. quid mihi has poetaꝝ tricas enarras? ni taces me ab incepto ſubmouebo. P. caue. nã multo deterius eſt incepta relinquere/ q̃ omnino non incepiſſe. Tard. Si res ita ſe habet. procedã. Pe. prius tamen cuius hec vocula fauonius index ſit. mi carole (ni moleſtũ ſit) expedias. Ca. faciã/ ſed res ipſa hortari videtur pauca prius deventis explanare

de vẽtis

Sunt nanq; (vt phauorin? apud gelliũ fabulatur) tres vẽti orientales/ aquilo/ vulturnus/ eurus/ quoꝝ medius eurus eſt. his oppoſiti cõtrarii ſunt alii tres occidui: eurus/ quẽ ſolent greci argeſtin vocare. is aduerſus aquilonẽ flat. Itẽ alter fauonius qui grecevocatur zephyrus. Is aduerſũ eurũ flat. tercius aphricus qui grecevocatnr lyps Is aduerſusvulturnũ flat. Ipſe quoq; plini? ab occaſu equinoctiali fauoniũ ſpirare docuit Tar. [Et leue frondoſo vertice cantat auis: leue ꝓ u dici minime poteſt Nanq; pro plano e prior longa eſt: pro non ponderoſo nulla eſt ſentẽtia] Caro. Ingeniũ ſupra q̃ alicui credibile eſt obduratũ geris: nil ne te naſonis v̄ba (non enĩ cõſiliũ ẽ in re apta plura teſtimonia ꝓterere) mouebũt dicentis Et leue gramineo ceſpite cantat olor. An ita ab ineunte etate inſtitutus es: vt oẽs illuſtros auctores ludibrio habeas? quorum balbus (vt terentiano verbo vtar) emulari exoptat negligentiam potius q̃ tuã obſcuram diligentiam. Tardiu?

Leuis.

ſemper aliquid contrahere litigii cupis .Ca.teipſū incuſes/q̄ initiū introduxiſti: mihi tantū obuiam ire contumeliis fuit conſiliū:ne ignoſcendo malis bonos perditū irem .P.his re bus non eſt ſtandum.homines malis artibus imbuti/ad iniurias propenſiores ſunt.proinde alio veſtra ſe flectat oratio Tar.exequar ⌊Concors eoa ludit cū tygride dama: tygris p̄ ore i latino cū grecū et dama m geīnato cū ſimplū poſtulet: indocte vt cetera ſcripſiſti ⌋Ca.In nimiā incidis procacitatē librarior̄ ſecordiā balbo tam frequenter obiectans: qui ſuo quodam iure illud marcialis dictitare poteſt.Non meus eſt error nocuit librarius illis.Dum properat verſus annumera re tibi.Pe.edico tibi tardiue ne vltra de his nugis verbū fa cias.Tar ⌊Diues odorato cardine ſeruat arabs Cardinē/ſi ferreū intelligis odorato falſū eſt epytheton:ſin florem barbare accipis.nam carduus dicitur ⌋Ca.queſovt tandem ſomnū et ſecordiā'ex pectore et aīo tuo amoueas.Ta. de iſta re in oculū vtrūuis conquieſcito.vigilantior ſū q̄ argus q̄ totus oculeus fuit.Pe.diiveſtrā fidē quota eſt hoīm porcio:q̄ ipſa ſeſe noſcat.Tar.vis te moneā.Ca.tu p̄us monendus es.T. dicā tamen fruſtra pro balbo conaris.C.id fruſtra an ob rē faciā:in doctor̄ iudicio ſitū eſt Nūcviciſſim reſponde Cenſen id ſolū eſſe cardinē:ſupra quod ianua mouetur.vt apud maronē.In foribus cardo ſtridebat ahenis.Tar.id iamdiu cōpertū habeo.Ca.aliis aliter videtur.Ta.mea nil refert id aliis videatur necne.Ca.ꝓſuetudo'tamen(vt dicit appollinaris)cū dña oīm rer̄/tū maxime verbor̄ eſt.Tar.tecū actū eſt preclare ſi ex aliorū pendes cōſuetudine.Ca.obnoxii animi eſt et infelicis ingenii:maior̄ veſtigiis non inniti.Ne aūt prolixior ſim q̄ res poſtulat:paucis ſic habeto Satis notū eſt limites regionesq̄ celi eſſe quattuor.exortū/occaſū/meridiē ſeptētrionem/quas mūdi quaſi cardines appellauerūt.quare geographi quattuor vētos ſpirantes per totidē mūdi partes cardinales vocitarūt.poteq̄ occiduū ſeu eoum cardinē frequēter ſcriptitāt:eodē iure per odoratū cardinē orientalē plagā noſter balbus indicauit.Tardi.me his auctorib⁹ enecas?Ca.verū dicasvelim.Tar.non mihi ius meū optinendi optio eſt?Ca.maxime.Tar.vtinā que dicis dictis/facta ſuppetant.Ca.ius tuū eloquere.Tar.nullius auctoritati acqui-

cardo q̄d

Facecie.

escere: ius meū est. Ca. Eo iure catus vixisse dicitur. Pe. im proborꝝ ius est/ius violare. perge. Tar ⌊In medio phrigiis domus est enixa colūnis Clausa adamāteo valua riget cali be Adamanteo calibe falsū est epytheton/cū calibs ex ada- mante non fiat⌋ Ca. nil preter nugas ingeris. Tar. hec mee nuge eque magne sunt habēde: atq; ea que in priscis volumi nibus lectitantur. P. nulla res capitalior est q̄ falsā doctrine sibi presūptionē induere. Ca. hunc interea tibi eximā scrupu lum. ne calibem adamantē perperā dici existimes. Id in te beneficii collocabo. Pe. virtutis propriū est magis conferre beneficia q̄ accipere Generosi animi est (inquit seneca) ⁊ mag nifici/iuuare ac prodesse. effare igitur carole. Ca. calibes vt est auctor strabo: populi sunt incolentes pontū: apud quos du rissimū nascitur ferrum. vnde illud maronis India mittit e- bur molles sua thura sabei Et calibes nudi ferrū. Quaprop ter ethymologiaci id est originē verborꝝ indagantes: calibs p ipsa materia inde duci tradiderūt: quod maronis confirmat auctoritas Sudificusq; calibs. et properciiDurior et saxo du rior et calibe. Tar. huius tam infrequētis vocabuli ratio me fugiebat. Ca. Et quoniā adamas vt supra narrauim⁹ adeo ē durus: vt nihil ad ei⁹ duriciē addi possit: adamanteū calibē id est durū copulauit auctor Sic et Titus poeta admodū in signis Nō adamanteū pectus habere iubet. et naso Illic et si lices illic adamanta tulisti. Tar. ⌊Valua vocabulo vno se- mel ⁊ iterū errasti: tū valua singulariť abutēdo cū value plu raliter dicātur. tū domi priuate tribuēdo cū locorꝝ solennū sint q̄ vel tritū illud in valuis ecclesie probat⌋ Ca. pensicu- lati⁹ id carmē ponderandū fuit: sic neutrū offendisses errorē Tar. vtrūuis hodie excuses. ⁊ victor esto. Ca. cōditionē acci pio. Tar. stat sentētia. Ca. valua/biga/quadriga/habena/ et voces alie cōpluscule cū multitudīs tātū numero apud scrip tores reliquos: numero quoq; altero apud poetas inclinantur Auctores serui⁹ ⁊ donat⁹ Ad reliquū supuacaneū est dicere cū presertī nō de p̄uatis edib⁹ sermo in hoc carmīe habeatur Sꝫ equi phebei sacellivalue designāť atq; apud nasonē Argē ti bifores radiabāt luīe value Vtrūq; nodū solui. Tar. Infi ciari nequeo. Ca. victor sum. Tardiu⁹. Nec hoc quidem infi ciari possum. Ca. Ergo iure bellico te miseris vinclis colli- gabo: et in catenis more captiuorꝝ deuictū traham. Tar. qs

Calybs.

Iocus

bellū tecū iniuit? C. Tu.a q̄ iandudū denūciata indictaq; est pugna. et hic status est dies. Pe.nō semper vindicādū est nobis qcqd licet:nā sūmū ius antiqui sūmā putabāt crucē .C. nihil in bello nimis crudele fieri potest. Pet. at in hoc bello/ doctrine gloria prepositā est:non captiuoꝝ exuuie. vtinā tamen aliquādo pacē q̄ bellū malletis. C a.in tam diuersis mētibus:concordie aut pacis nulla est spes. Pe.hactenus de his dictū sit:quid nunc cessas? Tar [Laurea frōdoso cortice mēbra tegit. laureā pro lauro barbare ponis. cū laurea corona/ laur9 vo arbor sit]C.quousq; tādē hoc saxū euoluā? qñ hec dura ceruix mollietur? Non te semel atq; iteꝝ docuim9/ laure9 laurea adiectiue dici. vt corne9 myrte9 et similia Nolo bis itera re sat sic lōge fiunt fabule. quare comiter lepideq; daphnē in laurū fuisse versā. balbus hoc versiculo expressit. Laurea frondoso cortice membra tegit. Tar. ex animo iam hec mihi deciderant. C a. cur in alienā contumeliā tuā obliuionem cōuertis? P. corroborata est multoꝝ opinio ex his que ex terra gignūtur:solū lauri fructicē fulmīe non tangi posse:dic q̄ so mi carole quid de hac arbore cōpertū habeas. Tūc enī de mū viuim9 cū anim9 doctrina et sciētia excolitur. Ca. Laur9 apud priscos et inter hostes quietis erat indiciū:et romanis letitie victoriaꝝq; nūcia:hec sola domos exornabat: et ante lunā excubabat: triūphis proprie dicata Eavictores delphis coronabātur:et triūphantes rome. fasces quoq; impatoꝝ decorabat. sataꝝ receptarūq; fulmīe sola non ledit. tyberiū p̄n cipē tonāte celo coronari ea solitū ferūt:contra fulminū metus. auctores plinius et trāquillus eadē humecta purificationibus adhibebatur. Iuuenal. Cuperet lustrari si qua darent Sulphura cū tēdis et si foret humida laurus . Ouidi9. vda sit vt laurus lauro spargūtur abvda Omnia que dominū sūt habitura nouū Et festo auctore milites laureati sequebant curum triūphantis: vt quasi purgati a cede humana intrarent vrbē:qa eā dē laurū oīb9 sufficionib9 adhiberi solitū erat. hec habui īpresētiaꝝq̄ de lauro dicerē. Pe. meo corde accepi hūc sermonē:q̄ āplit oblector. T. hec mihi tāti sūt q̄nti é fūg9 putid9. P. omnes res pinde sūt vt eas existimes . Tar. Animū obfirmaui nil nisi meū eloq̄ntie benedicendiq; scie ꝑpendiū existimare. Petrus. Sic viuitur. modus profecto haberi non potest. Caro. ille est vere nihili. qui nequit animo moderari

de lauro

ſuo. Tar. moderari? neſcis q̃ magna ſemper incēptē. Ca. inci-
pere multo eſt q̃ efficere facilius. Ta. efficiā ſi quid mihi cre
ditur. Ca. iam ꝓfregiſti teſſeram: nil tibi credo. Pe. ſegregra
tuū ſermonē: expecto quod ſequitur. Tar ⌊Frondoſo cortice
epytheton falſū: nam non cortex ſed arbor frondoſa eſt⌋ Ca
Quid frequētius ac vſitatius apud poetas eſt? q̃ rei cuiuſpiā
membꝝ pro re integra ſolidaq; appellare? cui? generis eſt a-
pud maronē: puppis pro naui. vt puppibus et leti naute īpo
ſuere coronas Et alibi. vaſtis ferit ictibus erea puppis. Et ca
put pro integro corpore: vt bina boum nobis troia generat?
aceſtes: dat numero capita In naues hec copioſius exequi: q̃
neq; ſecreta neq; extra vulgarē vſum ſunt poſita: minutioris
eſt cure. Sed quoniā eo vſq; proceſſū eſt vt tibi quoq; verbo-
rum ſtructura ſit nectenda: hūc ſic aſtrue verſiculū: laurea frō
doſo cortice membra tegit. Tegit: ipſa ſubaudi daphnes: mē
bra laurea· id eſt mēbra in laurū verſa: cortice frondoſo: id ē
arbore frondibus referta. Tar: mira eſt hoꝝ gloſematū mix
tura: procedā tamē. C. procede: modo hec loquentia omnē ī
poſterū tibi fidē deroget. Tard. ⌊Facundum ſacro pectine
tangit eburFacundū ebur falſū eſt epytheton. nanq; facūdia
eborı tribui haud poteſt⌋ Ca. his ne ſtipatus adminiculis: cō
ferre pedē audes? Tar. quidni? Ca. quidē tam vulgare tamq;
cōmuniter in omniū animos receptū? q̃ id quod efficit ex eo
quod efficitur oſtēdere? que figura fabio aſſertore et poetis
et oratoribus eſt cōmunis. ſic mortē pallidā: ſegne ociū: hyla
rem adoleſcenciā/dictitam?. Tibullus pendebat leua garru
la parte lira. Garrula lira: eadem ratione protulit . Et apud
ouidiū. Cythara ſonora: facūda lyra: ſepe īculcaſ: hec vt no
ta longiori ſermone non ſunt explicanda Sic et facūdū ebur
id eſt lyra: facūdū et ſuauē remittēs ſonū īcorrupte et īteger
rime balbus enūcianit. Tar. has arguciolas alonge conquiſi
tas/et ex oībus latebris quaſi extractas coniectasq; non ad-
mitto. Ca. ſi eſſes equus: eſſes indomabilis. Tar. ſi me irrita
ueris/exoſſabo ego te itidē vt murenā coquus. Car. noſter
rhetoriſta bonaverba queſo. T. me aduerſū exordiris argu-
cias? Ca. in fermēto tot? es/ita turges. Tar. mea virt? me tur
gidū facit. Ca. vtinā hydropicū quoq; tua te faciat virt?. T.
ſic mee fame inſidias locas? Ca. delirantis eſt tue fame inſi-

pars ꝓ to to ponit.

Facecie lepide

diari. Tar. benedicis: nunc mihi ānimꝰ demū in tuto eſt loco Ca. nunc queſo delirus eſt qui ei rei inſidiatur/ que nuſq̄. T. probe dixti: liquido nunc legam animo: Ca. liquida potius legas lingua. Tar. qui poteſ pumex non eque eſt aridus atq; mea eſt lingua. Ca. dyoniſio liquorevſus eſſet: interea ſic arida lingua. perge. Tar ⌊Piſeo ve fugit carcere liber equꝰ Carcer pro hac ſignificatione ſingulari caret ⌋ Ca. dabo operam ſedulo vt in paucis cōferā quod dicturꝰ ſum. Carcer igiſ pro loco vnde erumpūt quadrige et equi vna nois figura enūciari docuit maro. Non tam precipites biiugo certamīe cāpos. Corripuere: ruūtq; effuſi carcere currus. et tibullus. Qui prior eleo eſt carcere miſſus equus. Tar. dudū dixerā: me odiſſe poetas eque atq; angues. Ca. dudū dixerā eleboro opꝰ eſſe. Tar. dudū dixerā in cuſtodiā mihi eloquētiā relinqui. C. mauellē lupū apud oues cuſtodē relinquere. Pe: ſic verba facitis quaſi negocii nihil ſuperſit? Tar: reduxiſti me vſq; ex errore in viam proſequar. ⌊Vt mare mobilior flauiſq; incerti or auſtris. vt mare mobilior incōgruū eſt: congruū aūt p poſitiuū ſic Sors vt mare mobilis. aut vt remoto et per ablatiuū ita mari mobilior. ⌋ Ca. diſce mi rethoriſta ſextos caſus harꝝ appellationū in e q̄ ab auctoribꝰ figuratos: lucanꝰ Erepto natale feret. ouidiꝰ Cur tibi pro lybicis claudūtur rete leones? plautꝰ in rudente Suā quiſq; partē piſciū poſcent ſibi: dicent in mare cōmuni emptos Varro ab erycthreo mare orti. Tar. narras mihi mera ſomnia. Car. cū dicis iſtud alteri. te non ſoles reſpicere. Tar. reſpicere? Neſcis quid ſciem? Ca. p be ſcio: tantundē es quaſi ſit ſignū pictū in pariete. Ta. picturam me credis? Ca. ariolare. Tar. quia tot colores inuenio. Ca. tu quidē meū animū geſtas: ſcis quid dicturus eram. T. Occaſio ad multas res eſt mea virtute: nil me latet. Ca. muſca es/ nil poteſt clam te haberi. Tar. his me verbis beas: porrectiore fronte nūc legā ⌊Sparſa vel oſtrino concha erycina toro Oſtrino i correptā vtpote in colorꝝ noibus balbica producit abuſio ⌋ Ca. ſemper i producta oſtrinū deprehēdes: qđ planū faciūt' cū ceteri poete tū noſter properti? inquiens Nec timet oſtrino velle cubare toro. diciſq; oſtrinū ab oſtro colore q ſubrubeꝰ ē: nonio auctore oſtrū ſiquidē purpura ē: ab oſtrea in qua far piſcis ꝑperitur apud tyrū: vt plinius eſt teſtis

Cacer in ſingulari

de ſextis caſibꝰ tertii inclīamenti

Facecie.

oſtrinū. i ꝑducta.

quē colorē annotauit maro. Auroq; insignis et ostro. Tard. Decide mihi collū si cuiq; auctori credā. C. Immo vniuersis auctoribꝰ renūciare memor esto. Ta. id satis memini. P. vt ait plautꝰ. memorē immemorē facit: q monet qđ memor me
blādicieꝫ minit. Tar. oīm memini: Nimis scite scitus sum. Ca. plebiscitū nō eque scitū est. Tar. Si sic dicas nulla cōtrouersia mihi tecū erit. Pe. dii immortales obsecro blādicie qđ valentꝫ Tar. Facile quisq; mevadatū blādiciisvinctūq; retinet. Pe. q blādiūtur hoīes ex stultis stultiores reddūt. Nūc audire expecto cætera. Tar ⌊Imminet ꝛvacuo parca siniſtra colo: parca singularit̄ ꝓ parce pluraliter abusiue posuisti⌋ Ca. si versiculi huius sententiā pspicacibus oclis inspexisses. haud secꝰ eū ac nūc cōpositꝰ est recte stare cognouisses. vtpote cum de
De ꝓcis. vna tātū parca sēsus ipse carminis syncerꝰ integerve esse possit. Parcas aūt marcianus superū librarias excriptricesq; dicit. Nostrivero poete pro dispositione deorū accipiūt. hinc illud maronis: sicvoluere parce: eas tres esse homerus testat. quarūvna colū baiulat/cloto. Alia lachesis filat. vltia atropos filū frangit. de qua marcialis. Et sp de tribus vna necat. Asthesiodus in theogonia. Nascētibꝰ bonū et malū indicere tradit. Statiꝰ g̊ dies aderat parcarū cōditꝰ albo vellere. Id noīs singulari nūo ꝓtulit ouidiꝰ Et stabat vacua iā tibi parca colo. ꝑsiꝰ ꝑcat tenax veri facesvt aūt gelliꝰ cōprobat. parca ī mutata litteravna: a partu ē noīata. licet seruiꝰ ꝓ anthiphrasim dictā autumet. qȯ nemī parcat. sicut lucꝰ a nō lucendo et bellū a nulla re bella. T. repperi repperi. Ca. qd repperistiꝫ Tar. nō qȯ pueri clamāt in faba se repperisse. C. qd igit̄ reperistiꝫ T. nolo ꝓticipē mei ꝑsilii quenq; facere/nescis qd sim rapturus. C. Scio te miluiis aut aglinis esse vnguibus. Tar. Vno in saltu apros capiā duos. C. hoc nulli cani facile ē. T Dicā me perperā plura scriptitasse. vt ꝓclitarer qd animi tibi et balbo esset. nū hec fallacia est fabrefactaꝫ. C. Immo nō fallaciā astutiorēvllus facit poeta. Tar. sic meo omine ibit dies. sicvictusvincā. sic mihi nomē parabo. Pe. Male partū male disperit. Tar. Non tantillum intermittā tēporis: quin hanc balistam intendam. Ca. iam tuarū astutiarū ratio pa-
Colus tet. Nunc lege. Tar ⌊Colovacuo incōgruum est colo substātiuo feminino adiectiuoq; masculino⌋ Carolꝰ. Colus quoq;

masculinū gen⁹ sibivendicare festus affirmat. cui⁹ verba sūt
hec. Colus quoq; masculine dixerūt. est enī genus torment i
e corio. Id aūt nois balbo nostro virili genere pronūciare li
buit. quoniā languidus et quasi incōcinnus son⁹ fuisset: siva-
cua/parca/siniſtra/tā frequenti reiteratione a. elemēti dice-
retur. Ipsi ergo mollius teretiusq; visum est vacuo scribere q̄
vacua. cuius rationē sufficienter superius ostendim⁹. T ⌊nā Mauso-
mausoleū tangit iactura sepulchrū. Sepulchrū cū mausoleū leum.
sit redūdat ⌋C. Dic bona fide didicisti ne mausoleū adiecti-
uū esse? Tar. Quid discā qđ nusq̄ gentiū repitur? Ca. proper
cii auctoritas te facile ab hoc redimet errore/q inquit. Nec
mausolei diues fortuna sepulchri. Mortis ab extrema con-
ditionevacat. Mausoleū aūt fuit sepulchrū ab regina arthe-
misia factū: mausolo carie regulo. opus id inter septē mūdi
miracula plinio auctore enumerabatur. Erāt illic oratorum
poetarumq; certamina: vnde extabat tragedia a theodote
gellio auctore: que mausole⁹ inscribebatur: adiectiuū frequē
ter repitur vt propcii carmē edocuit: sic et regnū mausoleū:
etvestis mausolea: dicere nil prohibet. Nō tamē aduersor ꝓ
quocūq; nobili sepulchro. Id quādoq; accipi. Lucan⁹. pyrami
des claudūt indignaq; mausolea. Marcialis. Mausolei sax-
is marmoribusq; leges. Hinc cesaris mausoleū apud tranql-
lum legimus. et apud diogenē: anaxagoras cū vidisset mau-
soli sepulchrū: monumētū inquit precioſum et lapidib⁹ orna
tū diuitiarū imago est. T. Quid faciā cauto opus ē? Ca. qđ
facies. dice? Tarđ. Nil tibi dicā: scio quo pacto soles pplexa
ri. Pe. Decipit nemo: qviris prudētib⁹ recte narrat res suas
Tar. Scis qđ cupiā. C. Dānū: qđ mercuri⁹ minime cupit. T.
Te ita dicturum iādudū sensi et suboluit mihi. Car. Sagacē
nasū habes: esses optim⁹ in lustro. Tar. Nō potuitveritasve Iocus
rius loqui. cūcta enī lustro. C. vin te faciā ex leto letiorē ma-
gis? Tar. Quid cessas? Ca. licet lustres: sepi⁹ tñ lustraris. T.
vera dicis. Sic etatē meā extēdo: nūc alia de re ꝑsiliū īirevo
lo. P. Iā satis ē nugarꝝ: nimis diu ⁊ lōgū loqmī: lectita iā. T
⌊Altaq; nobiliū culmīa pyramidū. ꝑ pyramidarū: sicut ca
nū ꝑ canarꝝ balbice loq̄ndo int̄ptasti. C. q id cōmēt⁹ ē legiru-
pa ⁊ sycophāta merito ē cēsēd⁹ T. ego hisce auris⁹ audiui. C.
oleū tūc ī auris⁹ gestabas. P. ne icassū tp̄s ꝑteram⁹ pauca de

Pyrami des

pyramidib⁹ dictu digna recenſeas. Ca. Pyramides ſūt mire magnitudinis lapides in acutū tendentes: artificū celatura nobilitati. dicti ab ipſa figura que flāmā imitaf̄ igneā. a plinio aūt hi lapides miraculavocitāf̄: quoniā ad admiratione potius q̄ advſū cōſtructi erāt. ſic Marcialis Barbara pyramidū ſileat miracula memphis. Sub eis fuerūt reges ſepulti. eapropter pro ſepulchris accipiūf̄. Lucanus. Nō mihi pyramidū tumulis auulſus amaſus. Statius de tumulo paterno. Audacia ſaxa pyramidū. Tar. his fabulis me pdis. Ca Lucrū facio. Tar. exequar. ⌊Tēpus edax meritos reb⁹ ſub ducit honores. Meritos ſanctis et ſil̄ibus honores ſubducere erroneū eſt⌋ Ca. de diuino honore qui clarus eternuſq; habetur p̄ſens nō iudicat ſermo. ſedvt ſūt humana, nihil eſſe ppetuū datū: balbus oſtēdit. Ariſtippus quoq; ſtoicus īſignis oīavorare et cōſumere tēpus edocuit. Et ariſtotiles inquit. Oīa tpe ſeneſcere Ingenioſiſſim⁹ quoq; ouidi⁹ eādē quā balb⁹ ſententiā expreſſit. Tēpus edax rerū tuq; inuidioſa vetuſtas Oīa deſtruitisviciataq; dētibus eui: Paulatī nigra conſumitis oīa morte. Tar. Neſcio ego iſta: philoſophari nūq̄ didici neq; ſcio, ſed oratorib⁹ cūctis ſine controuerſiavlla antecedo

nihil humanū ppetuum.

Facecie.

Ca. vt diuitib⁹ oībus hyrus anteceſſerat. T. Nūc mihi morigerus etvoluptati es: animo bene habeo. Pe. bonus anim⁹ in mala re dimidiū eſt mali. T. Deus ſc̄us reſpexit me aliquis: cū ſic laudor. Pe. plege igiſ̄. Tar. ⌊Squalebat ceco lumine thyreſia. Ceco luie: falſū eſt epythetū, cū lumē cecum ſit nullum.⌋ C. hec tua ſemp de errore in errorē gradiſ̄ qui dā proceditq; oratio. Tar. Quaſi hoc epythetum in vicio nō ſit? Ca. Principium tuor̄ errorum et quaſi ſeminariū eſt poeſios imperitia: quā e medio oīno tollis: et in ea fūditus delenda occupatusvideris. Nam luminis appellatiōe delectiſſimi auctores oculos deſignāt. Marcialis. Lumina ſyderib⁹ certant. Maro Immota tenebat lumina. Oculosvero cecos, et aures ſurdas frequētiſſime reperies. Nam (vt alios omittam) inquit tybullus. Nunc ſurdis auribus eſſevelim. Tarō. Enarras mihi magnas tricas q̄ meū ſollicitāt animū. P. mitte pluraverba facere. Ad alia progrediendum eſt. Tardiu⁹

minerua

⌊Plectra dedit clyo calamoſq; thalia. Minerua laurosMineruam lauros dare, falſum eſt poetrida pica. Car. Altius

quedā de minerua dicēdā videtur. Aliquid enī ſp ad cōmu-
nem vtilitatē conferre equiſſimū ē. Minerua itaq; fuit cog-
nominata: vt de natura deorū tradit cicero. quaſi vī ipſa mi
netur. Vel vt ſeruio placet: quia ſit minuēs neruos. eo q; op
timis artibus inſudātibus vires imminuūtur. neutroꝝ ꝑfe-
cto cōtēnenda eſt ſententia. eā cicero ex iouis capite ortā di
xit: cui accedit Lucanꝰ inquiēs. Hec et pallas amat patrio q̄ Pallas.
vertice nata eſt. Eandē belli inuētricē memorāt. ob qđ bello
na a nōnullis appellatur: tritonia quoq; cognoīata ē a trito- tritonia.
ne lydie flumine: apud quem ipa dea vt eſt apud herodotū
virginali habitu p̄mo perſpecta eſt Maro. Nec dubiis ea ſi-
gna dedit tritonia mōſtris. virtus quoq; ei cognomento pal-
las cōtulit: vel a pallade gygante deuicto (vt cicero vult) vel
a grecoverbo palo qđ apud latinos int̄pretaf verbero: quoni
am haſtā vibrare cōſueuit. Lucanꝰ. ſāguinea bellona manu
lōgaq; fatigat cuſpide. nec minꝰ p̄clarū hoc q̄ illud iudicādū
eſt. Hāc vt omniū artiū indagatricē ſed p̄ſertim poetices an
tiqui excoluerūt: et ei ſolēne ſacrū quot annis pēdebāt. Ideo
cecinit Naſo. pallada nūc pueri docteq; ornate puelle. Qui
bene placarit pallada doctus erit. Mille dea eſt operū certe
dea carminis illa ē. Si mereor ſtudiis adſit amica meis. Et
quia ad ſtudiū poetice laudis ſe accōmodātes lauro corona
bātur: ideo fit vt eque in tutella muſarū minerueq; ſit laurꝰ
atq; apollinis. Quod adeo imprōptu eſt: vt qui ſecus exiſti-
met: impitiſſimi potius nomen habeat q̄ ſtudioſi. Tar. Hec
nō tā pēſiculate aīo aduerterā. Car. Satis tamen cicero nos In oī re
docuit: in oībꝰ negociis p̄uſq̄ aggrediamur adhibēdā eē p̄pa eē ſoller-
ratā diligētiā. turpiſſima ē quidē excuſatio cū quis affert in tiā habē
hec incidi: quia nō arbitrabar poſſe euenire: et vt dictitabat dam.
Aphricanus. Turpe ē dicere nō putarā. Pe. q ad alios coar
guēdos accedit: caueat ne id modo cōſideret q̄ ille infeſtꝰ ſit:
ſed etiā vt habeat nocēdi facultatē. Tar. Satis ſupq; mihi cō
fido. Ca. at nimiū cōfidere demētis eſt. Nā vt q̄ſq; maxime
excellit: ita maxīe oīz rerū timet euētꝰ Sapiēter eī (docet cur
ciꝰ) Nihil eē tā ſūmū cui periculū nō ſit etiā ab inualido. P.
Licet ſocraticis ſmonibꝰ hec abūdet diſceptatio valde tamē
illud cōſiderādū eſt, ne, diutiꝰ q̄ res tēpuſq; exigit īmoremur
proin tardiuū audiamꝰ. T [kalēdisꝛ carolꝰ p .k. vt impitū

vulgus nō per.c. vt debes ſcribis ⁊C a. Tibi īperitū vulgus a
ſcribe: quē cōuēticula ineruditoꝝ vndiq; ſepſerūt: quiq; ex er
rore īperite multitudinis pēdes. ſed quoniā hic locus incom
prehēſibilis lubricuſq; eſt: neceſſe erit cōſtituere q̄d accidere
poſſit invtrāq; ptē. Imꝑmis ꝓſiderādū ēvt ſupra enarrauim⁹
nō eē ſcribēdi legē/ſz ꝓſuetudinē: ipſāq; orthographiā vsū tā
de k ̨ Īra. tūmodo deſiderare: et ex eo oīno pēdere. Et ideovt Fabius
docet ſepe īmutata ē. Nā ꝙ de.k. littera dictū ē: trāſferri po
teſt in diuerſas ptes. ſiquidē nigidiū/figulū/nūq̄.k. vsū ī cō-
mētariis ſuis papyrian⁹ eſt teſtis. Ab aliis tñ in vſu recepta
eſt. Quītilianiv̄ba hec ſūt. k. quidē in nullis v̄bis vtendū pu
to: niſi q̄a ſignificat etiāvt ſola ponaf̄. Hoc eo nō omiſi ꝙ qui
dā quotiēs a ſequif̄ ponēdā credunt. Hec ille. Altera tñ opi-
nio magnos q̄ꝫ aſſertores habet. v̄ba dyomedis hec ſūt. k. ꝛ
q. qꝫ. c. littera hoꝝ locū poſſit īplere/ſupuacua quibuſdā vi-
deſ. ſed inuenim⁹ in kalēdis et in q̄buſdā ſimilib⁹ noīb⁹ ꝙ. k.
neceſſario ſcribif̄. Et ſubdit. k. vtimur qñ a correpta ſequif̄.
vt kalēde/kaput/kalūnie. Verū aūt ſivolum⁹ iudicare: vt q̄ſ
q; doctiſſim⁹ ſcribit: ita ſcribēdū eē cenſeo. Hec enī cū tpe cō
mutanf̄. Nā multa aliud (vt inquit marc⁹ varro) nūc oſtēdūt
aliud aūt ſignificabāt. De recte ſcribēdi q̄ꝫ ſciētia quā greci
orthographiā vocāt: idē eſt iudiciū. Tu nūc tardiue ſi q̄d ha-
bes rectius eloquere. T. neſcio que egritudo animo meo ob-
iecta eſt. C a. Quaſi per nebulā ego ſcio quib⁹ incōmodis an-
garis. Tar. malū video omen. C a. an tibi coruus a manu le
ua crocitat? Ta. ſic nugaris in re capitali mea? Me miſerum
q̄nta calamitas animū inuaſit. C a. malaꝝ reꝝ exitus: ſem-
per calamitoſus eſt. P. exue curam: et ad inſtitutū reuertere
Baſiati- Tar ⁊baſiationes balbicū eſt ⁊C. Inſolentia hui⁹ vocis tuas
ones. forte ꝑcuſſit aures? Tar. multa mala mentē mihi percutiūt
Neſcio quas cōtra legiones parem. nec quibus ſignis depug-
nem ita animus eſt in merore Nonne hoc miſerrimū memo
Catull⁹. ratu eſt? oratorē gallōꝝ ſic peſſundari? C a. Satis es cōqueſt⁹
Me nūc certiorē reddas: an catullū aliq̄ñ īſpexeris. T. q̄ſq̄s
iſte ſit catull⁹: eū ocul⁹ me⁹ nūq̄ vidit. C. tñ gelli⁹ fabi⁹ q; ipſi⁹
carmē nobile iudicarūt Ex q̄ multa in rē ſuā cōuertiſſe ma-
ronē ꝑſpicuū eſt. T. q̄d ad rē? C. audies: Is cui credendū eſt.
nihil minus q̄ virgilio/haud ſcio an magis ſic cū leſbia iocaf̄

Queris quot mihi baſiatiões tue leſbia ſint ſatis ſupq3. Ta
Nūc primū video quorſū euadas:curq3 neſcio quomodo/ q̄ſi
pleno ore catullū laudaueris.Ca.qd nūc cogitas? Ta.res ſe
cus euenire atq3 exiſtimabā.vtināq3 cū hoc hoſte nuſq̄ cōfli-
gaſſē.Ca.q̄to tibi rectius cōſultū foret.exequere tamē.Ta.
⌊Attica gemino.tt.ſcribēdū archiepiſcopus i priore latino
et tiara i latino ſcribēdū.⌋Ca.In moroſitatē iutilē atq3 odi-
oſā laberis balbo totiēs exprobrādo formulatoꝝ negligen-
tiā:niſi alios q̄3 auctores abiiciēdos cēſes:quoꝝ pluribus li-
bri mendis ob id cauſe referti ſunt.Pe.male mereri de ime quo pac-
rente inſcitia eſt.Tar.facio meo aīovolupe.Pe.malarū re- to ſit ira
rūvoluptas in merorē cōuertiſ.Tar. Inuēti etiā ſūt qui non ſcendū.
modovba ſedvitā quoq3 fuderūt:vt in inimicos animaduer
terēt.Pe.Immane quidē hoc ē et beluarū ſimile.Oīs enī ani
maduerſio et caſtigatio iniuriavacare debet:meritoq3 cicero
nō audiendos cenſet.qui grauiter iraſcēdū inimicis putant.
Sed de his ſatis.Ca.hoc loco abiecta oi cūctatiōe breuiť diſ
ſerendū eſt de hisvoculis quarū noſter hic cēſor ductus īſcri
ptionēq3 refellit.Pe.ꝓpoſitū laudo. Nā vt ingerere ſeſe ī ea
que neſcias arrogātis eſt.Ita tacere qđ ſentias/timidi.Caro Attica.
Attica(hoc enī primo in diſcrimenvenit)grecie regio a ſtra
bone diciť.quā athene ille ſcientiarū inuentrices cultriceſq3
decorabāt.vbi omēs diſciꝑline et ingenue artes floruerunt.
Ideo ſermonē comitate leporeq3 fluentē/atticū appellamus archyepi
et atticos ſales atticāq3venerē in dicēdo cōſectamur. Archi ſcopus.
epiſcopꝰ(nā hoc ſecundo loco in queſtiōe ꝑpoſitū erat)ex ar
chy qđ principē indicat.et epi ꝑpoſitiōe:et ſcopos qđ eſt ſpe-
culatio cōſolidať.cuiꝰſignificatū notiꝰē q̄vt interꝑtatiōez ali tiara
quā deſideret.Tiara vđo(qđ vltimo diſcutiēdū fuit)geſtamē
eſt capitis ꝓſicū.Ideo iuſtinus ſemiramidē caput tiara dicit
exuiſſe:eovelamīevſi ſunt poſtea reges.Iuuenalis de ꝑamo
loquēs.Poſita tulit arma tiara.Nec nos fugiat maronēviri
li genere eam ꝓtuliſſevocem:quam alii femineo inclinarūt.
Tarđ.Hecverba in caſſum cadunt.Caro.Quid ita? Tardi-
uus.Quoniam aīo meo nihil cōprēdo:ſed hoc tecū tacitūha
beto.C.Fidei nō melius crediť.T:Licet ſapiēť docte/corda
te/cate loq̄r:ꝛ mihi ſit theſaurꝰ ī līgua ſcitꝰ:nō tñ hec accipio
Cat.tardior es q̄ corbite ſūt ī trāq̄lla mari cocleas q̄3vincis

tarditudine. Tar. Cōtumelias ſi dicis/audies. Ca. Saluti tibi hec ſūtverba. Tarō. Apage iſtius modi ſaluti/cū cruciatu q̄ aduenit. Pe. te iā ad inſtituta confer. Tar ⌊ Pōpa matoneas proſequor eximias. tute matonianus matonū mato. Mato neas barbare pro matonianas latine poſuiſti. ⌋ Caro. Illud marcialis dyſticō ſuccurrit: oīavis belle mato dicere: dic ali quādo ſed bene: dic neutrū: dic aliquādo male. Tar. Quem matonē appellas? C. Famelicū hominē: ſichophātā/ſterquili niū publicū/malivicii ꝓbiq̄ plenū/edacē/rapacē/auidū/oīm deniq̄ ſcelerū et flagitiorū ſemen. Tar. Quā inceptas fabu lam? Ca. Sine me ꝓuenire quovolo. Pe. Satis eſt. Modus oī bus in rebus eſt retinendus: nam merito mediocritas illa q̄ inter nimis et parū eſt a perypatheticis cōmendatur. Caro. Vt cumulatius ſupra apparuit eque matoneus et matonia nus: atq̄ maroneus et maronian⁹: ceſarius et ceſarian⁹: ſylle us et ſyllanus priſci retulerunt: quorū rationem cū latiſſime pateat ad plurimoſq̄ ꝓtineat qui penit⁹ ignorāt a doctorum cōſortio exterminādi ſūt. Tar. Mihi nullū cū doctis cōſor- tiū eſt. Pe. Tamē q̄ ad ꝓbos ꝓpinquitate proxime te adiun xeris: tā optimū eſt. T. ⌊ Atq̄ vrit pectus ſeua puella meū: libidinoſū te ſp oñdis. ⌋ C. Es ne forte in eorū cēſēd⁹ nume- ro. q cūverbis philoſāturvita luxu ⁊ inhertia defluit. Recte q̄dā p̄ciperevidēt q̄ cū grauioribꝰ ſeueriſq̄ rebus ſatiſſecim⁹ ad iocos faceciasq̄ animū noſtrū trāſferri haud inutile arbi trātur: modo ne q̄d cōmittam⁹ q̄d alios offendat quo in gñe (vt inquit cicero) Nō mō plautꝰ noſter ⁊ atticorū antiq̄ come dia: ſed etiā ſocraticorū libri referti ſūt: multaq̄ multoꝝ fa cete dcā q̄ a ſene catone ſūt collecta q̄ vocant apothegmata. Eſt eī nature hūane innata q̄dā vrbanitas feſtiuitaſq̄: ab ho neſtis actionibꝰ mīme aliena: q̄q̄ hoīes ſint multū diuerſi/ ac diſpares. Aliis incredbilē t̄buit natura grauitatē. Aſt reliq quouiſmō oībꝰ affabiles eē gaudēt. Hii v̄ſutū et callidū inge niū tenēt prōptiſſimū ad oīa ſimulāda et diſſimulanda. Illi ſimplices ⁊ apti ſūt oīaq̄ plane agēda putāt. Vnꝰ ē advolup tatē ꝓpēſior: alter ābitione potiꝰ vexaf ⁊ gloria. Studia itaq̄ ſue nature ſinguli metiāf. Id eī maxīe quēq̄ decet: q̄d vi q̄dā naturali ī nr̄is mētibꝰ īſitū ē. In ip̄is itaq̄ liberioribꝰ locis: vel a ſeueriſſimis cēſoribꝰ admiſſis aliq̄d ꝓbi īgenii ſepe lu

Matoneus et matonianꝰ dicitur.

Iocos nō eſſe damnandos.

hoīm natura eſt mltiplex

men eluceſcit. Tar. Nimiū longas agis ambagēs: nimiū mo
rologos ſermones habes: ego ad reliqua feſtinabo. C a. feſti-
na: ſed teſtudineo gradu. Tar ⌊Merdoſis ſcribis quid carmi
na digna cloacis. cloacā hic barbare valla in raudenſē refe-
rente ponis⌋ C: pluribus modis indignis te moleſtū prebes
Ta. omni in re quid veri ſit indagari decet. Ca. Aſt quid ſit
cloaca non recōdita quadā ratione cernitur: ſed ē in ꝓmptu
Tar. tu igitur hoc nobis expone. C. Id facilius abs te guſtu
ſentiri: q̄ a quouis alio explanari poteſt. Pe. Facete. Tar. Nō
idcirco meis conatib⁹ obſtas. Car. eos contēpnere et reiicere
malo. T. cur nō de cloacis aliquid diſcutis? Ca. has partes ti
bi agendas relinquo. Pe. haud tamen abſurdū eſt minima q̄
que expendere. C a. Faciam: ſed ea ratione vt rei fetide non
adhibeatur ⁊bor⁊ obſcenitas. Omnis itaq; de cloacis duplex
eſt queſtio Nā et vnde hec vox trahatur. et proprie quid oſtē
dat indagandū eſt. Aliqui e greca voce cloacā ortum habu
iſſe traduntFeſtus pompeius affirmat cloacā a cloare qđ eſt
ſoedare/inquinareq; deduci Eſt autē cloaca receptaculū oīm
ſordium ⁊ īmmūdiciar⁊ : per qđ ſordes colluuiesq; defluūt:
q̄obrē ſcribit vulpian⁹ ad ſalubritatē cītatū ptinere: vt cloace
purgēt et reſecent Nā ⁊ celū peſtilēs ⁊ ruinā minant īmūdi-
cie cloacar⁊ Tota autē vrbs romana pēſilis erat cloacis: ſeptē
amnib⁹ (vt īq̄t plini⁹) a marco agrippa corriuatis q̄ curſu p̄ci
piti toti⁹ vrbis ſordes ī tyberī deferebāt: qđ iuuenal carmē vi
det īuere Vernula riuar⁊ pinguis torrēte cloaca. His itaq;
expoſitis: q̄le ſit id qđ q̄rebat ītellectū puto. qd reſpōdes tar-
diue? Tar. caput prurit. Ca. īſanie indiciū eſt. Tar. animi pē
deo: neſcio q̄ nou⁹ ſubito meror obiect⁹ eſt. ſpero tñ tps illud e
uentur⁊. q̄ mihi ad hec refellēda copie ſuppetāt. C. Iſtud erit
quo die orch⁹ ab acheronte mortuos remittet. Tar. Spero tñ
Ca. Sperare qđ aſſeq̄ nequeas/leuitatis crimē arguit. Ta. qđ
reliq̄ eſt p̄curra ⌊Heu qđ grata tibi mal⁹ abſtulit ocia liuor.
qđ ocia incōgruū ē: ꝙ ⁊ antecedēte ocia numero diſcrepāte⌋
C. Hec impitia ſine dubio finē ⁊ modū oēz tranſit Nōne hec
p̄ticula ꝙ frequēter ē īuariabilis: copulās ſermonēq; p̄iūgēs
q̄p vinculo int̄ponit oīoni. et laxa ac diffuſaverba: more ca
thene deuincitHoc ignorare non ſolū eſt imperiti/ſed eciam
omnino delirantis. Tard. Nunc demū me miſerū et infelicē

Ioci.

đ cloacis

ꝙ p̄ticula

ēſſe ſentio. Codex quem defero me prodidit. Ca. Alter fuiſti bellerophon. Ta. factū eſt. Illud fieri infectū non poteſt proh dolor nunc primū pudet quod prius non puditū vſq; fuit. Ca. prius te cauiſſe q̄ pudere equū fuit: non mihi hii placent qui quando male fecerūt purgāt ſe. Tar. pre dolore loqui nequeo. Pe. ſatis diu defleſti: id quod reſtat nūc perlege Tar. faciam vt potero ⌊ Ledeūq; putas diſſociare gen⁹. diſſociare in iſta ſignificatiōe balbicū eſt ⌋ Car. tibi nec incipiē di ratio/nec finiendi modus vllus ineſt Putabā que in principio de hac vocula latius diſſeruerā tibi ad errorē deponendum ſuffragata fuiſſe. Tea non amplius recordor. C. turpe eſt valdeq; odioſū: virum natu grandiorē/ in re preſertim tā manifeſta oberrare. Ta. loquar ne quod pace tua liceat dicere? Ca. loquere. Tar. ſed caue vt clanculū hec ſint dicta. Ca. Erunt perinde ac non dicta. Tar. audacter iā fabulabor: mihi non eſt dedecori ſi doctrina neq; inſtitut⁹ neq; ornatus videor. Eā eī natura nimiū iniqua contexit atq; abdidit: que in multis ita imperfectaꝛ quodāmodo manca eſt: vt nil laude dignū aſſequi valeant. Ca. hec ſentētia multū a veritate diſcrepat. nec quēquā hoc errore duci oportet: vt ſuā ſegniciem atq; ſecordiā in naturā ipſā tranſferat. que oēs vires ad cōmunē hominū vtilitatē videtur contuliſſe: magnāq; adhibuiſſe ſollertiā: vt nos oēs participes rationis efficeret. et quandam inſatiabilē veritatis perſcrutande cupiditatē mentibus noſtris infunderet. qui bonis igitur artibus dediti rerū expetendaꝝ/fugiendaꝝq; delectū habent: et omne tēpus in cogitatione ac ſciētia collocant. in omni virtutis genere facile excedunt. Aſt qui languori deſidieq; ſe dedunt: et a laborib⁹ ad ignauiā profugiūt: eoq; deferri volunt quo ab appetitu ipſo deducuntur: vbi per luxum atq; luxuriam etas defluxit. nature fruſtra auxilium implorant. Non enim quaſi diuina virgula res ſcitu digniſſime ſuppeditantur: ſtudiis/ſollertia/atq; vigiliis animus prudentior fit. Sed hec dicta ſint ſatis plura vero in hanc ſententiā a philoſophis diſputatur: deinceps de noſtra materia diſſerendum eſt. Tardiu⁹. ⌊ Quam ſubeant animo gagyni obliuia noſtro Subeant animo incongruum eſt datiuo vel ablatiuo pro accuſatiuo poſito ⌋ Carolus.

Nature crimen.

nature p̄ ſtantia.

Nullus eſt a te pretermiſſus locus quo minus omnis tua vir
tus ingeniūq; noteſceret. Ta. preſtiti quod in mea fuit poteſ
tate. Omnis nanq; vita in diſciplinaꝝ cogitatione verſata ē.
Ca. tempus cū ſtudio amiſiſti. Tar. et ſi non fuerim quod in
tendebā aſſecutus: voluiſſe tamen abūde pulchrū atq; mag
nificū eſt. Ca. In omni conſilio capiundo diligenter ponde-
randū eſt: quanta illa res ſit quā efficere volum⁹. ⁊ id velle
debemus quod eſt ingenio noſtro cōmodatū. Magna etenī
adbibenda eſt ratio neu maiora: neue minora moliamur/q̄
viresnoſtre poſtulent: nihilq; (vt aiūt) minerua repugnāte eſt
agendū. Tar. aberrare ad alia incipis. Ca. a ſuſcepto ſermo
ne non declinabo: non tamen admodū eſt inutilis huiuſmo-
di rerū exquiſitio: ſed ne aberrare me credas tecū ipſe medi
tare et attētius cogita (nam ad obiurgandū inuitus quidem
venio) q̄ parū tibi ipſi conſtes q̄ turpiter in apertiſſimis etiā
claudices. adoleſcentuli p̄mis imbuti elementis verbū ſub-
eo quod in queſtione poſitū erat: dandi caſum equa ratione
accuſādiq; ſibi copulare intelligunt. T. ad hanc opinionē ani
mus non mihi reuocabitur ni ſentētiā tuā locupletibus teſti
moniis accumules. Ca. a ſana mēte nō proficiſcitur in his he
rere que non magnopere declarationem preceptaq; deſiderāt
vt tamen ſatiſfactum tibi dicas: hec q̄ntiliani verba accipe.
Nobis vero natura aduerſus exanimes ingenuit non ſolum
miſerationē que cogitationi noſtre ſubit: ſed etiā religionē:
naſonis quoq; carmen eſt. Non mihi pyerides ſubeunt dria-
desq; puelle Quintus curtius vero huic verbo dandi caſum
adiecit Sera penitentia ſubiit regem. Tar. me miserū Nihil
ia habeo qō ſubuenire opitulariq; mihi poſſit. Ca. muta igit
hanc mentē: iracūdiā exue: ne ſis in erroribꝰ pertinax Qui ei
id in quo peccatū eſt exequit: neq; corrigit quod ſciat a pluri
bus reph̄ēſum: eius ſalus omnino deſperanda eſt. Tardiuꝰ
Iſta poſtea videro: nunc ad alia me tranſferā [Obliuia bal-
bicum eſt]Carolꝰ. Te profecto omniū bonaꝝ artium lon-
ga exhauſiſſe obliuia hiſce verbis oſtendis. Tar. Mitte iſta
loqui. Nihil laude dignū alios īceſſendo p̄ſeq; poſſumus Ca.
Vtinā tibiipſi hoc documentū accōmodares. Pe Sic ē hoīz i nēo ſeip
geniū vt i alioſ delicta clariꝰ cernamꝰ q̄ in nob̄metip̄ſi. Aliena ſū noſcit

qd ſit a-
gendū ī
negociis
huānis.

ſubeo cū
datiuo.

enīviciavt docēt ſeneca in ochulos habem⁹: a tergo nr̄a ſūt
Ca.Hoc in genere tardiu⁹noſter in exēplo eſt: cuius quanta
ſit doctrine aut ingenii gloria ex hoc maxime noſci poteſt.
Quippe hācvocē obliuiavt minus aptam minuſq; latinā dā
nat atq; reicit. Tar.Et tu negas?Ca. Virgilius id negat q in
ſua enei.inquit:latices et lōga obliuia potāt:Et ouidius fre
quēter hācvocēvſurpat. Tar. Ad hec cogitāda animū nō cō
tulerā. Pe. In omni re gerēda priuſq̄ incipias.matura cogi-
paſſiōes tatione opus eſt. Tar.Ira cogitādi ſpaciū ſubripuit. CaQui
conſiliis ſibiipi aut aliis recte cōſultare cupit: ab omni animi pertur
obſtare. bationevacuū eſſe debet.qō niſi ad trāquillitatē noſter reuo
ceť animus rationi nō ſatis obtēperat. P. Immo cōſtantia q̄
in oī cōſilio capiundo ſeruanda ē.niſi animo ſedato retineri
nequit. Sed hec dicta ſufficiant. Nā cū modus ad omnē vſū
vitē referri debeat:maxime tamē ſermoni videtur adhiben
dus. Ca.Nūc igiť tardiuo relict⁹eſt dicēdi locus. Tar [Am
bicioſe tumes terdiuo noie. Terdio et nō diuo dicendū ē]
Ca.ira te huc et illuc rapit atq; ad dicendū impellit:cū qua
nil recte loqui nec cogitari poteſt. Nā ſi mēte defecata cogi-
tationeq;:iſtiusverſiculi ſentētiā cōplexus eſſes:quouis ꝑfe
cto q̄ iſto modo loqui maluiſſes. Tar.Quid ita?Car. Quo-
niam eo verſu quē nūc reicis atq; dānas.ſūmā laudē es aſſe
cut⁹:cū tamē nil tā eque delectat animū q̄ ꝑprie virtutis cō
mēdatio. Tar.Cur hoc mihi ſit honori neſcio.C. Prope ad
eſtvt fiat palā qd celatū eſt atq; occultūvſq; adhuc. Tar.Iſti
qdā orōi edyppo op⁹eſt cōiectore:q̄ ſphyngi int̄pres fuit. C.
cōpoſitio Aliqd igiť ex quo id eluceſcat dicēdū ē.Magne veteribus
ex ſiłib⁹. (altius q̄dā reppetā)vt qntilian⁹ē auctor cure fuit gratiā di
cendi ex paribusſimilibuſq;voculis acquirere.delectatus eſt
ī his publi⁹Virgili⁹.Sed maxime in eo genere Cicero labo
rauit:que omnia exemplo planiora fient. Ciceronis in catili
namverba ſunt.Non emiſſus exvrbe.ſed immiſſus in vrbē
videať.Et alibi.In hac calamitoſa fama q̄ſi in aliqua perni
cioſa flamma.His duabus auctoritatib⁹ tertia maronis adi
ciať. Puppesq; tue pubesq; tuorū. Tale igitur aliquid ī hoc
carmine apparetvbi tardiu⁹vna īmutata littera terdiuus ap
pellatur. Vide queſo tibi quantū laudis acceſſerit. Ipſi ceſa-
res omnium gentium/omnium ſeculorum/omnis memorie

facile principes:quibus ortus occasusq; paruerat diuivocati fuere. Tu autē ob egregiā virtutem/ preclaraq; facinora: terdiuus (balbo iudice)appellari meruisti. Vt igitur numeris nostra claudat oratio:viue alacris terdiue. Irrideat iscia turba. Viue alacris maius cesare nomen habes. Tar. Sat habeo:bene dixisti nūq; vidi melius loqui:ex doctrina id mihi nois inditū est. P. Festiuissim⁹ suauissime carole tibi sermo ineſt:sale plurimo conditus et faceciis : vbi oīa inter se sunt apta et conueniētia:ꝛvt semel dicā omnes dicēdi veneres cō sectaris. Ca. qđ tantū mihi tribuis/ q̄ntū ipē nec agnosco nec postulo:humanitatē tuā declarasSed quāuis elaborandū sit vt sermo lenis ac suauis habeatur. cui lepos insit ꝛ venustas Multo tamen est cura maior adhibēda:neu qd molle ꝛ effeminatū ac rursus ne quid petulans et obscenū inter loquendū excidat. Nam vt animus pturbatiōe:sic lingua turpitudine carere debet Et mea quidē sentētia modeste loqui pri⁹ est q̄ cogitare prudenter Prudens nanq; cogitatio vni soli pdest et in seipsa vertitur. Sed modestus sermo ad cōmunē omniū vtilitatē conferrevidetur. Pe. Immo nulla alia re magis animus advirtutē retrahitur q̄ oratione prudentiū Alia est tamen ratio:cur nihil obscenū aut illiberale fari deceat. Nam vox mentis est nostraꝝq; cogitationū q̄si index. et sermo ipse viciū aut virtutē indicat inesse moribus. sed longius progredi nō est cōsiliū. tu nunc tardiue tende quo cepisti. Tard. ⌊Cassidemars posita posita luget egide pallas Luget u producta balbica licentia corripuit.⌋ Carolus. Nulla ne veteris disciplīne tibi īest verecūdia? nulla sane mentis viget industria? puelluli qui primo pubescunt dictionibus permutatis carmen sic esse legendum. Cassidemars posita luget posita egidepallas. facile aīaduertūt. teipsū ne decipis an alios decipere tentas? Prudentie partes sunt ab aliis non falli: bonitatis alios non fallere. Quod maius elige. nam si alterum effugies crimen/ in alterū incidas necesse est. Tar. Vis tecū aperte agā? Ca. cupio:nā ex occulto et insidiis agē perfidie ē Tar. Multiuage perturbatiōes motusq; animi ad hec effunden da me deduxerunt. Ca. te ne facti piget? Tard. In dubio sum:animū equidem expleui. de inimicoq; sumvltus Petr⁹. fugiendum est illud imprimis ne appetitu temere assentia-

q̄d in sermone obseruādū sit.

mus Nam vbi libido preest: ratio obtemperare coacta ē. C. Qui secūdis rebus et ad suā voluptatē fluentibus elati animos effrenatos gerunt: eis fortasse aliqua venia debetur qp pe in magna felicitate minima modestia est. Illi vero: qui ob scuris orti parentibus in parua tenuiq; fortuna collocati neq; modū neq; tēperamentū vllum retinent: eoꝝ iure optimo damnanda reitiendaq; est nequitia Tar. Ad me ne tuus iste sermo refertur. Ca. hoc tibi considerandū reliquo. T. caue ne extra modū ꝓdeas. Ca. operā dabo. ne dubita. P. ꝓbe Nam cū omnis nostra actio tum sermo in primis est ad mediocritatē reuocandus. diligēterq; considerandū est quib⁹ cū verba facimus: vt ad eos oīs nostra cōmodetur oratio. Nec enī solum loquentis: sed etiā multo magis audiētis cura est habenda. sermoneq; eo vti decet. qui et danti sit vtilis et accipienti non molestus. Caro. recte sentis. nā omnino si quicq̄ prudētis est. nihil est profecto magis: q̄ verba sua quatenus delectationē habeant considerare. Tar. philosopharī nescio. Ca. igitur dic quod scies Tar ⌊Musa iocosa mihi est: sz sūt sine crimine mores Vitaq; labe caret. Mentiris hieronyme barbare⌋ Ca. hoc probe noscis. Tar. id lubens facio: licet parum acerbitatis hec habeat obiurgatio. Car. Ex páruis sepe magna intelligūtur. Interdū tamen malis displicere vtile honestūq; censeā. P. Idcirco oportet habere delectū improbi et probi. Alteri⁹enī iudicio nihil est faciendū. alteri vero summa auctoritas tribuēda. Caro. facilis est hec delectio. P. immovo oīm difficillima: tā magne sepe numero existūt i animis varietates: hūc sūmissū z abiectū aliū sese nimiū efferē tem vides. Iste ad rapinas ꝓsiliū omne reuocat Ast illi⁹ largitio bonoꝝq; ꝓfusio dānatur: plures etiā multitudinis iudicio ferūtnr. hic blandiciis capitur: alterū grauitas delectat Sūt q̄ advoluptates: sūt q̄ ad hōres igeniū applicēt In paucis admodū va sedatio pturbationū mod⁹q; deprhēdit. Adde ꝙ crebro morū/īstitutoꝝq; fit pmutatio: nec disparib⁹ etatib⁹ eadē officia tribuūt. Adolescētia q̄dē a libidinib⁹ arceri neq̄t Morositas senib⁹ē comes: media etas ābitiōi poti⁹ inseruit. Prudētis itaq; ē ꝙ quēq; deceat ex etate p̄cipue iudicare. T. de his nihil mihi est dicendū. Ca. igitur has ineptias ad exodiū duce quas ad odiū iādudū perduxisti. Tard ⌊Ego tanq̄

De sermone

de diuersis hoīm moribꝰ.

ſorex meo indicio me ꝓdo: ſorici tuo indicio te ꝓparas .⌋
C. Vah callidus cenſor ꝙd animaduerſiõe dignũ adinuenit
Pe. aliquid querendũ eſt/ex q̃ magis emergat qualis ſit hec
de ſorice ꝓpatio. Ca. tibi obtẽperabo. Illud vero ꝑmo eſt ſig- Sorex
nificandũ ſoricis eſſe propriũ vel ſtridere clariꝰ q̃ mures: vel
ſtrepere magis: friuola preſertim erodentes: cuiꝰ indicio vo-
cis plerũq; per tenebras quoq; tranſſigũtur. hinc plautinũ il-
lud Confeſſorẽ te faciã ſorica venia. quod emulatus eſt ap-
tiſſime terẽtius ingens. Egomet meo indicio miſer quaſi ſo-
rex hodie perii. vtrũq; balbus noſter imitatus facetiſſime di
xit. Egovero tanq̃ ſorex meo indicio me ꝓdo. Tar. tuo q̃ꝫ
indicio aliis iſte patefactꝰ eſt locus. Pe. ut ad ꝓmunẽ vtilita-
tem ſtudia noſtra ꝓferamus natura ipſa magiſtra et duce ad
monemur. C. quo minꝰ noſter ferendꝰ eſt qui omnes neruos
ad alteriꝰ cõtumeliã intendit. Tard. ira cogit. Pe. at ratione
vti oportet. Et q̃cq̃d agas (vt dicitur) agere conſiderate. Nẽpe
hoies reliquis animãtibꝰ mente ſola et cogitatione diſtinguũ
tur. Sed heus tu eſt ne hic libelli finis? Tar. ope inchoato: et
prope abſoluto: quedã balbi crimina tanq̃ faſtigiũ impoſui.
Ca. memẽto opus eſſe vt omni careat labe qui alterꝝ crimi-
nari paratus eſt. T. ⌊Balbus nulla diſpẽſatione vſus quadra
geſima carnẽ vorauit eccleſie diuine ꝓtemptu⌋ Car. Id ei au
ctoritatis extrema valitudine laboranti vir ſapientiſſimꝰ cõ
tribuit angelus cato (quẽ honoris cauſa nomino) vienne ar-
chiepꝰ. huiꝰ memorie ſine cõtrouerſia philoſophorꝝ ꝑnceps.
quo probiorẽ non facile alterꝝ reperies neq; fortaſſe ſolvidet
O turpẽ notam temporꝝ noſtrorũ. in hos maledicos qui alie
nam famã ereptũ ire gaudent: non animaduerti? Nihil ẽ ta
men quod his tuis verbis admirer . Quippe vetus iſtec tua
eſt militia. ad hanc te natura genuit: vſꝰ exacuit: fortuna ſer
uauit. Pet. Sepe neceſſitate fit vt quod plerũq; turpe haberi
ſolet. inueniatur non turpe. Ca. vt hoc tibi magis perſpicuũ
ſit eo tẽpore medicorꝝ monitis balbus obtẽperauit . quũ vel
parẽdũ fuit vel vita cũ morte cõmutanda. tam grauis mor-
bus adoleſcentulũ inuaſerat. Tar. iſta neſcio medicus nõ ſũ
Ca. Non ſed vna littera plus es q̃ medicus. Tardiuus. mitte
male loqui. Carolus. quum vt dignus es dico bene non ma-
le loquor. P. Nulli eſt exprobranda paupertas. C. fateor/ſed

vbi ad paupertatē accessit infamia sediſſima paupertas fit.
P·ſupereſt ne aliqd adhuc? T. ⌊Supeſt ꝙ balb⁹ ſpreto iure
iuſiuran dum. iurando in cordigeroꝝ ſcolis in me inuectus eſt⌋ Pe. Nullū
vinculū ad ſtringendū fidē iureiurando arctius eſſe poteſt.
Ca. vt inquit actius neꝙ fidē dedi neꝙ do infideli cuiq̄. T.
cur tā inſigniter in me balbus cōtulit iniuriā? Ca. quidvnq̄ is
egit quod male tuo gratū eſſet animo? Non mulieroſū nec
mendacē/ neꝙ aleatorē/ aut furacē/ aut ebrioſū te cenſuit. nō
te virum leoniū et meretricū contuberniū vocauit. Nūq̄ pro
tulit multis viciis tibi animū eſſe inquinatū. tantūmodo de
ſediſſimoꝝ teterrimo bonaꝝ litteraꝝ parricidio grauiter īdo
luit. maioꝝ noſtrorū calūniatores crebro execratus eſt. Qō
genus īiuſtū atꝙ impiū ab omniū hoīꝫ cōmunitate extermi
nādū eſſet. P. Sermonē iā cohibe. ſatis eſt mihi perſpicuū/ ꝛ
quid tibi videatur/ et que ſit inter vtrūꝙ controuerſia: nunc
mulſa dicta dicā. et operā' omnē ſtudiū curāꝙ cōuertā. ſi ad
aliquā probitatis ſpeciē illius animū reducere liceat. Ta. qd
tecū tacitus ſuſurras? Pe. paucis verbis tecū loqui eſt anim⁹
Tar. auriū tibi operā dabo. Pe. tuā prius aſtringe fidem/ nil
mihi ſimulati relaturū. Tar. meā aſtringo fidē nil tibi ſimu
lati relaturū. Pe. equū facies. nā aliud agentes aliud ſimulā
tes perfidi et malicioſi ſunt. ex omni eī vita ſimulatio ac diſ
ſimulatio tollēda eſt. Imprimis igitur ſcire expeto: quid cau
ſe ad balbū inceſſendū tuā mentē exacuit? Tar. gloria. Pe.
cur non. ſit peccā dum. Si gloriā queris ſcelus abſit. in quo nulla poteſt eſſe gloria.
Tar. ſcelus ignotū eſſe arbitrabar. Pe. q̄ vere philoſoph⁹ co-
gnomento protheus dicebat: virū ſapientem non peccaturū
eſſe etſi peccaſſe eum dii hoieſꝙ ignorarent. Non enī metu
aut infamie cauſa non eſſe peccandū puto: ſed iuſti honeſtiꝙ
ſtudio. Tar. aſt inimici mei incōmodo: meū agere cōmodum
nulli eſſe detrahē dum. volui et fas fuit. Pe. propter ſuū quiſquis emolumētū violat
alterū humani generis hoſtis cenſendus eſt. magis enī arbi-
trandū erit eſſe contra naturā. hoī detrahere ſui cōmodi gra
tia·q̄ omnia incōmoda ſubire. Ta. quouis modo propria vti
litas ſectanda eſt. Pe. Qui vtilitatē virtuti anteponūt/ diri-
munt omnē hnānā ſocietatē: qua ſublata fides/ probitas/ ce-
tereꝙ virtutes funditus tolluntur. Tardiu⁹. Expedit quan-
doꝙ malū eſſe. Pe. nihil expedit quod non deceat. vtile enī

putare quod turpe ſit pernicioſiſſimū eſt. Ta. Quātūvis phi
loſophare me ab hac ſētētia nūq̄ amouebis/q̄n aduerſus hoſ
tem mendaciū fingendū eſſe putē: ſi preſertī id occulto fieri
poteſt. Pe. fides etiā hoſti ſeruanda eſt: nec cadit in virū bo
num mentiri tardiue Eſt enī hoīm nature: quā ſequi ſūmope
debemus maxime amica veritas. De fide ac religiōe (vt ait
ſeneca) ſcias agi vbicūq̄ de veritate tractatur. nec aliquid ce
latū fore arbitrare. Hi eteni vſus ſophoclis ſūt in ore ſemp
habendi. Hic nihil occulte: qm̄ cūcta tuens· Et cuncta audiēs
vna reuelabit dies. Ideo ſapiens poeta dixit veritatē filiā eē
temporis. Tar. Quicquid dicas licet aliqñ ſui cōmodi cauſa
a fide iuſticiaq̄ diſcedere. Pe. hoc dicto nihil tetri⁹ nec fedi⁹
excogitari poteſt: nec credo peſtē maiorē in vitā hominū in
uaſiſſe: q̄ vt p̄moditas honeſtati preferat. honeſtas enī (vt ait
cicero) omni pōdere grauior eſt habenda q̄ reliqua oīa: velut
zenoni eſt viſum ſola expetenda eſt. Tardi. hec verba meas
aures obtūdunt. Ca. licet pace tua verba pauca loqui. Pet.
licet. Ca. operā et ſumptū perdis. Pe quid ita. Ca. qm̄ ſtulti
tia eſt venatū ducere inuitas canes. Pe. ſcio/tentare tamen
volui. Ca. vna opera ex pumice aquā trahere voluiſti. Petr⁹
quid igit reſtat? Ca. qm̄ rem elocuti ſumus oēm tuū integrū
ſyncerūq̄ iudiciū expecto. Tar. idipſū ego expecto: ſed facvt
glorie ac nois mei meōr ſis. Pe. Hec ad iudicandū erunt fa-
cillima. Tar. vt lubet. modo mee gl'e ratio habeatur. Pe. Iu
dicis eſt in cauſa verū ſequi· Tar. verū eſt me ſapere. Ca. ſa
pis multū ad geniū Tres iudicabit/modo petr⁹ ſanā habeat
cenſurā. Pe. Si perſarū montes qui eſſe aurei phibentur/aut
mihi gygis anulus condonaretur: cuius cum palam ad pal-
mam cōuerteret a nullo videbatur: ipſe aūt oīa videbat. ave
ritate minime oberrarē. Ca. ſic facile ſpectatur vir qui īgenio
eſt probo. cū ad malefaciendum ei poteſtas vel etiam oppor
tunitas datur: ſi id non facit. Pe. Nulla eſt res tanti aut com
modum vllum tam expetēndum: vt viri boni officiū amit-
tamus. vbi enim eſt turpitudo ibi vtilitas eſſe non poteſt. T
timeo tamen. Carolus. Tuo ex ingenio mores alienos iudi
cas. Tar. ſemper cauere ſapientiſſimū eſt. Ca. ab improbis
cauendum eſt. Tardiu⁹. virtus eſt vbi occaſio admonet eſſe
improbum. Caro. malicia certare tecum miſeria eſt. ſed pe-

non eſſe mentien dum.

gygis anulus

tre dudū ſententiā tuā exopto. Pe. Vide ne tacere ſit rectius? Ca. Iudex es. tuū officiū equum eſt colere et facere. Pe. Quod facturū dixeram nō īmutabo. Ca. ſententiā igit̄ ꝓnūcia. Merum ius rogo. Pe. Te īpetrare oportet quādo equū poſtulas. Tar. Hic aures magis ſūt adhibēde. P. vt a ſūmis hoībus ſapiētiſſimiſq; accepim? qui alterū violare conat̄ vt ip ſe aliquid emolumenti ꝓſequi valeat. ab oīi equitate longe abeſſe videt̄. Suū eteni cuiq; malū poti? ferendū eſt q̄ de alterius bonis ſurripiendū Siquidē vt exigit ipſa nature ratio ſi vir bonus eſt qui prodeſt quibus poteſt nocet vero nemini Nihil eſt profecto magis vituperandū: nec vlla pernicies vi te maior inueniri poteſt: q̄ alioꝝ fame atq; laudib? quaſi eſu rientē lupū inhiare Hec cōſideratio ſi mentē tuā quādoq; ſub iiſſet (aduerſ?te tardiue mea nūc dirigetur oratio) non tā tetrū facinus ab hoīe libero prorſus indignū admittere contē diſſes. vt balbi dedecore atq; infamia (talis enī in animo tuo fuit cogitatio etſi ad id non ꝓueneris) inanē gl'az popularēq; aurā captares. cuius nec acceſſione melioremvitā fieri. neq; diſceſſiōe peiorē ꝓſpicuū eſſe debet De illi? doctrina ſupuaca neū eſt dicere: cui quidē aduerſari ſine dedecore non potuiſti Non hercle tam diſpari precio arma glauci et diomedis eximata fuerūt. ſed quoniā e multis malis malū q̄d minimū eſt ſemp eligere debem?. muta hanc mentē. exue omnē iracūdiā. ſtultitia eſt te illi eſſe iratū cui? ſapientia plus poteſt. Animi ꝓſtātiā ſume q̄ oīm ē dñaz regina virtutū (et vt ī ſermone trito dicitur) pridie caue ne facias q̄d pigeat: poſtridie tuū animū moderare: patiētiā cole: qđ optimū eſt erumne cōdimentū: diſce bñficiis poti? q̄ ꝓtumeliis cōtendere Improb? eſt homo qui beneficiū ſit ſumere: et reddere neſcit Tu autē doctiſſime carole operā amico dediſti laudabilē probāz ſapientē et ſobriā quod pauci ſolent. Sunt enī admodū rari q̄ amici certi ſient. Sūmis igitur laudib? efferēdus es. Nam q̄ non defendit iniuriā cū poſſit: neq; propulſat: peruerſe facit vt enī grauiter et vere in moraliū libris docet ariſtotiles. Ille videtur ſtudioſ? eſſe: qui rebus gerendis quādoq; amicū ſi biipſi prefert. Tar. Nihil vnq̄ fedius, turpius, flagicioſi?, atrocius, inhumanius, fieri, dici, cogitari, potuit: veteratores, vafri, legirupe, ſycophante, parricide, mee fame nois glorievir

ſētētia iudicis de tota diſputatiōe

Amicitia.

tutis raptores nequissimi. Sed quid cesso quid sto. quid mo-
ror. ibo ibo: introrūpā in domū. Nusq̄ edepol me in crasti-
num ꝓspicietis diē. Pe. vt sese repente hinc arripuit. Quāto
furore incedit. vt brachia iactat: vt caput agitat. Tardiuus.
Qui modo sublimi scandebam noīe celsa
Sydera: qui nulli fuerā virtute secūdus:
Spernor/et inuisū merens inglorius euū
Duco: Nec tantos possum finire dolores.
Magna repente ruūt: sūmis sors dira. negauit
Esse diu: varioq; fluūt mortalia lapsu.
Vos eterni ignes mūdi quibus ima regūtur:
Vos precor imissis elemēta exurite flāmis
Terra neget fruges: Nullā vaga cynthia lucē
Prebeat: et mūdi moles operosa laboret.
Nullus nullus sum: totus totus occidi. Nescio vnde auxilii/
presidii/profugii/mihi copiam comparem: aut expediam. ia
ctor/crucior/agitor/stimulor versor Non vidi nec audiui nec
pol dici aut fingi posse credo/hominem infortunatiorem. sū
penitus perditus: tot mala mestitudoq; obtigit: male res plu
rime se agglutinant. Multa mala mihi in pectore acria et a
cerba perueniunt: que me miserum macerant: que me mise
ria et cura contabescunt vt me in tricas conieci: presagiebat
iampridem animus: proh dolor/redactus sum vsq; ad hoc de
decus: metus membra occupat. onustum porto pectus dolo-
re: abundat cor amaritudine: animus merore mortuus est:
Vndiq; me ira/pudor/ pauor / terror agitant: hominem me
miseriorem nullum esse opinor Quid dico opinor? certo scio
sic corpus stimulis foditur. Erūnis meis hec dies prestituta
fuit Pessima hec mihi lux hodie illuxit: de capite meo hodie
fuerunt comicia. Ita dolore angor ⁊ inopia argentaria Quid
agam? quid faciam? quid / quod/vbi / nihil nihil est auxilii.
Nulla nulla est gutta cati consilii: quo me vertam. nescio /
ignoro Nullum est homini perpetuum bonum. que leticia in
quem merorem versa est. Olim tantam gloriam habui Equi
dem adhuc orator sum. sed procedit parum. Omnes irrident
Quidni facile est miserum irridere: vbi vbi moror vbi asto?
Sum non sum/viuo non viuo. Quis me in pristinum restitu
et locum? Siccine tam benemerenti tam mala refertur grā?
Necesse est versis gladiis depugnare: imo ambulabo in ius

conq̄stio
Tardiui

deferam qui meam famā prereptū ire gaudent. Quid medi
tor ? quid loquor ? Animi pendeo, cor contabescit, quasi in a-
quam ponas salem. manifesto teneor. quo igitur fugiam im
brem perpetuum laborem, algorem, sufferam. Scio quan-
tum malarum rerum sustineam. Arripiam ne mihi decurso
in spacio breue qꝺvite reliquū est ? si morior de cōmunivtili-
tate plurimū detrahet. orbata penitus erit eloquētia. Quid
ad me refert: diffinitū est effugere istas erūnas. Ibo ibo quo
me ducēt pedes: quo me fortuna et error trahēt. Certum est
mihi ante tenebras cō sequi tenebras. Pe. Inest erroris ma-
cula huic hoī in pectore: que elui neutiq̄ potest. Car. due res
que lāguorē afferūt ceteris secordia et īperitia. quēq̄ ad cō-
tumeliā exacuūt ? Pet. Error id p̄cipue agit. qui fons ē frau
dū, maleficiorꝝ, et scelerū oīm. Sed quā nūc ꝓsciētie labem:
in pectore eū cēses habere ? Ca. Scio si ꝓncipiū malū ⁊ nequā
est: male resverti. Nā ille ēvere malus ⁊ nequā: qui tāq̄ mus
semp rodit alienā famā. P. Noui hoīm mores maleficos, ia
ctatores, meri ꝓfidētes, garruli, maliuoli, qui alteri de nihi-
lo dicūt cōtumelias. Ca. Isti qdē nōvbis ⁊ disputatiōe philo
sophorꝝ sed vinculis ⁊ carcere coercēdi sūt. Pe. Tu tñ carole
boniviri officio fūctꝰ es amico operā dādo. C. mea sentētia
leges a- tardo amico nihil est iniquiꝰ Pe. Nisi iniusta ab amico petā
micitie. tur: tūc enī nos tardos eē decet. Nāq; et nō tribuere qd recte
possis. et tribuere qꝺ nō fuit equū cōtra officiū ē. Ca. hoc ꝓ-
fecto deliberādi genus nō cadit inꝰ bonos: nec amicitia avir
tute diuelli vnq̄ potest. Petrus. Rari sunt admodum tales.
Nostro enim tempore homines amicitiam metiuntur emo
lumentis et commodis (et sicut refert plautus) vt cuiq; homi
ni res parata est amici sunt ita firmi. Si res lasse labent. Iti-
dem amici conlabescunt. Res amicos inuenit. Carolus. Nō
ego has amicitias pluris existimo: q̄ vicioſam nucē. Petrus
Tecū sentio. Nā q̄ īgratū amat: operā oēm perdit. ꝓbis aūt
qd bene fit haud perit. Sꝫ hec hactenꝰ. C. Reliqui ēvt īmor-
tales tibi grās agā: qui hūc diē operam mihi dedisti nec ad
aliud negociū occupari passus es. Equū aūt arbitror vt mi-
hi ignoscas. si tuas oppleui aures nimia vbositate. Adūsari
nāq; vicio nō meo: morileg⁹ fui. P. imo ipsa mihi opportuni
tas nō potuit opportuniꝰ hodie aduenire: Sic hylaritate mihi

eſt animus onuſtus:ſi preter ſpem tantū mihi gaudium ēue nit. Ca.Nunc demū animo meo bene eſt. ꝙ te letari ſētio Pe.Quoniā optima diei pars iam peracta eſt: vſus eſtvt te domū recipias.Hocꝙ optatiſſimū nūcium balbo referre ſis memor.Ca. Mercurius qui nūcius iouis perhibetur: nunq̄ tale patri ſuo nūcium attulit. Vale ſuauiſſime petre.P.Et tu quoꝙ ſuauiſſime carole:balboꝙ meo noīe ſalutem pluri mā dicas.eūꝙ admoneas:vt forti et inuicta mente perdito- rum cōtumelias ferat. Quas quidem cōtemnere et pro ni - hilo ducere magni animi et excelſi eſt.

Hieronymus balbus Ambroſio de cambray cancel lario pariſienſi.regioꝙ conſiliario S.P.D.

PErlege(ſi a grauioribus ſtudiis aliquādo recedere po - tes)has ieptiolasvirorū ſapiētiſſime.ꝛ ſi ꝗd minꝰ apte/ minusve cōcinne ꝓſcriptū iuenies.id ꝓ tua hūanitate ſūma ꝙ eruditione libētius emēdabis:ꝙ ſi aliq̄ ex ꝓte opuſculum noſtrū abs te cōmēdari ſēſero/nullius cēſurā(vereor ne im- probe dicā)āplius extimeſcā.Quis enī talis viri iudiciū nō multipēdatꝰquē dñs oīm rerū ac moderator deꝰ naſci voluit vt eēt in q̄virtus oēs ſuos articulos exerceret: nulla ꝓfecto eſt tāta dicēdivis:nullū tā diuinum atꝙ incredibile oratio- nis genus:quo ſingulas animi tui dotes:non dico cumulati- us recenſere:ſed ne per capita quidem enumerare valeam . Quod enim eſt tam preclarum facinus:que tanta ingenii ꝓ bitas atꝙ conſtantia:que avita et moribus tuis abhorrerevi deatur?Nulle perditorꝝ inſidie:nulla maliuolorꝝ contumelia ab illa humanitate atꝙ modeſtia quā ab ineunte etate lon - go exercitio corroboraſti mentē tuā potuit āmouere Quin- imo vt igniū feruor aurꝝ purgatiꝰ defecatiusꝙ reddit:ſic iſti detractores iniquiſſimi aliene laudi ac potentie tanq̄ rapaciſ ſimi lupi ſēꝑ inhiātes pmēdo atꝙ inceſſēdo: nomē tuū clariꝰ illuſtriuſꝙ per vniuerſa mūdi clymata effecerūt. Atꝙ vtinā eſſet facultatis mee:tales ac tantas laudes ſempiternis mo- numentis mandare:ſed non mihi ſi lingue centū (vt virgilia no verbo vtar)ſint/oraꝙ centū/ferrea vox/tantas poſſē per- currere laudesNe āt ſingula proſequar(nec enī oīa ſunt huiꝰ

diſputationis aut tēporis)q̄ compoſita(bone deus) ac modu
lata oratione/qua facile ad priſcoꝝ eloquētiā accedis:Guil-
lermū tardiuū nonnulloꝝ maliuuloꝝvocibꝰ:q lites int opti
mum quēq; ſerere ꝓ glā ac monumēto ducūt.a me alienatū
mollirevoluiſti.q(vt virū ꝓbatiſſimū decet) tua v̄ba mīme
aſpnatus.ſe arctiſſima familiaritate me ꝓſecturꝝ:et oibꝰin
rebus mei acerrimū defenſorē futurꝝpollicitꝰeſt Sed cū idē
inuectiuā aduerſꝰnos⁊ qdē acerbiſſimā ꝓditoꝝ(vt arbitror)
potiꝰdelatiōibꝰirritatus:q̄ ſuapte natura cōmotꝰ:iādudū edi
diſſet.reſpondere fuit ꝓfiliū.ne mea taciturnitas mentē ali-
cuiꝰcrimīs conſciā arguere videretur.Fteni virꝝ bonū accu-
rare addecet ſuſpitionē nedū culpā abs ſe repellere Aliter ta
men ſe res habet atq; hoīz eſt opinio.nec enī illiꝰvitā aut mo
resvlla ex ꝑte redarguere animꝰeſt:q; ſine nefario ſcelere fa
cere non poſſē(qñquidē ei ſūmā ꝓbitatē/ſingularēq; modeſti
am ineſſe ita ꝓſpicuū ſit:vt id q̄ neget eum nō ſane mētis ex
iſtimē)ſed famā nr̄az(quā qui negligit ab oīm hoīm ꝓſortio
exterminādꝰeſt)quouſq; patiebaꝫ eqtas tueri ſtuduimꝰ.Si q̄
igiꝫ amicoꝝ optime dicta ridicularia delicatiſſīas aures tu
as offēdēt.ſic accipiasvelī:vt ea nō ad virū q̄q̄ pacto īceſſen
dum quo cū bñficiis q̄ iniuriis certare malo: ſed ad lectoris
faſtidia minuenda a nob excogitata fuiſſe arbitreris.Quis
enī (cui ſana inq̄ eſt ratio) quēpiā redarguere conef?quē et
vita īnocentiſſime acta/et bonaꝝ litteraꝝeruditio ꝓmēdat?
Ceteꝝ ſic ꝓpertū habeo inter ſūmos ⁊ excellēti īgenio viros
non aliqua liuoris rabie:ſed animoꝝꝓſilioꝝq; diuerſitate ſe
penumero ꝓtentiōes extitiſſe Animū igitur noſtꝝ(deos atq;
hoīes teſtor)ad ħꝓſcribēda accōmodaui:ñ vt illiꝰfamā glā⁊
aut decus nomēq; celebratiſſimūvlla ex ꝑte cōmaculārē:cui
decori atq; augmento eſſe ſtudeo:ſed vt aliquo honeſto fruc
tuoſoq; exercitio īgeniū cultiꝰ polliciꝰq; reddere(Nec q̄ ante
hac vel hoc nup edidi libello:nullꝰin tardiuū tuū īuidioſa in
terpretatiōe retorqueat velim:cuiꝰſempiternā famā eximiūq;
decꝰ:nec olim nec nūc/nec poſthac me leſuꝝ ꝓfiteor)Et tan
dē aliqd meaꝝvigiliaꝝmonumētū extet :q̄ qd animi habeā
adūſꝰhuānaꝝartiū ſtudia teſtatū relinquā.Tuū igiꝫ erit o p̄
cipuū oīz v̄tutū decꝰ(cui ꝑ īmēſa clemētia icredibiliq; huāni
tate oīz bonoꝝpatrociniū debeꝫ)hos libellos tāq̄ nr̄i īgenio
li p̄micias ita tueri atq; defēdere:vt improbis/maluoliſq; ho
minibus nullus detrahendi locus relinquatur.Vale.

BIBLIOTHECA GENEVENSIS